



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Liber Tertius. De Beneficijs Ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401



IO. CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOL. AC I. V. D. VELITERNI.

LIBER TERTIVS



DE BENEFICIS ECCLESIASTICIS.

S V M M A R I V M.

CAP. I.

De habitu & Tonsura Clericorum.

- 1 Qualis debeat esse habitus clericorum.
- 2 De iure antiquo Clerici utebantur lineatunica super quibuscunque vestibus.
- 3 Clerici deferre debent coronam, & tonsuram eorum ordini congruentem.
- 4 An Clerici non gestantes habitum, & tonsuram peccent mortaliter.
- 5 Itē an puniri possint alijs pœnis
An Pensionarius teneatur deferre habitum, & tonsuram clericalem, ibidem.
- 6 Quibus ex causis excusetur clericus non deferens habitum, & tonsuram, & nu. 7. 8. 9. & 10.
- 11 Quando Pensionarius non deferens habitum, & tonsuram amittat pensionem.



VALIS debeat esse habitus clericorum, nullibi determinatur, ut d. glos. pen. in clem. 1. de elect. Quarant. in ver. habitus clericalis, sed in hoc statatur consuetudini locorum c. si quis virorum, ubi glos. ver. veste 30. dist. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 496. & par. 4. ref. 234. & alij communiter. Hoc tamen certum est, quod vestes clericorum non debent esse communes cum illis, quibus laici, & militares veuntur Piasco. in Prax. Episc. p. 2.

B b vup.

- cap. 3. num. 14. neque debent esse nimis breues, aut nimis longæ, neque coloris viridis, aut rubei, ut in cap. Clerici officia de vit. & bon. cleri. c. Ricc. in Praxi par. 4. d. ref. 234. vestes igitur clericorum debent esse humiles, honestæ, & decentes, non tamen viles nimium, sicut nec nimium delitiosa, sed mediocres sublato excessu seculari Concil. Trid. sess. 14. de ref. c. 6. Piaſeo loco cit. Selett. disquis. cleric. tit. de discipl. cleric. S. 16. n. 12. Ricc. in Praxi d. par. 4. ref. 234.
- 2 de iure autem antiquo Clerici utebantur linea tunica super quibuscumque vestibus, ut refert Ricc. in Praxi par. 4. d. ref. 234.
- 3 Deferre etiam debent coronam, & tonsuram eorum ordini congruentem iuxta text. in d. cap. Clerici officia, in memoriam spinæ coronæ Christi Domini, ut d. Barboſ. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 9. num. 10. Bonaccin. in tract. de Sacram. disp. 8. q. vn. pun. ult. n. 4. vel quia corona circularis significat dignitatem regiam, quam adipiscitur qui diuinis misterijs applicatur, & perfectionem virtutis, quam debent habere clerici, ut cum S. Thom. dicit Sylu. in ver. Clericus 2. nu. 2.
- 4 Vnde Clerici initiati maioribus ordinibus, aut habentes beneficium peccant mortaliter non gestando habitum, & tonsuram ad longum tempus absque iusta causa Bonaccin. loco cit. num. 3. & alij apud Barboſ. ut supra d. n. 10. & alij communiter. Clerici verò in minoribus facilius excusantur à peccato, cum possint ad statum

laicalem transire: & ideo eos non peccare mortaliter, si non deferant habitum, & tonsuram, tenet Sylu. in ver. Clericus 2. num. 2. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 5. tr. 5. ref. 60. possunt tamen cogi ad gestandum habitum decentem, & honestum, si clericalem habitum deferre velint Bonaccin. loco cit. num. 3. Quarant. in ver. habitus clericalis.

Qui verò honestum habitum clericalem iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, possunt suspendi ab officio, vel beneficio, vel per alias censuras, aut carcerationem cogi Ricc. in Praxi par. 3. ref. 11. & si semel correpti denudò in hoc deliquerint, possunt etiam ipsis beneficijs priuari c. præcipimus 21 q. 4. Conc. Trid. d. sess. 14. cap. 6. hodie verò Clerici non solum beneficia, sed etiam pensiones, quæ tamen summam 60. ducatorum auri de camera excedant, obtinentes, si tonsuram, & vestes clericales talares non deferant, sunt eo ipso absque vlla monitione, citatione, seu decreto iudicis ipsis beneficijs, & pensionibus priuati, & huiusmodi beneficia sedi Apostolicæ reseruatur per constitutionem Sixti V. incip. Cum Sacrosancta, & per aliam eiusdem constitutionem incip. Pastoralis, quas refert Piaſeo. & Quarant. locis cit. prædictæ autem pensiones non incurruntur, nisi præcedat sententia Iudicis declaratoria iuxta veriorum sententiam Doctorum apud Ricc. in Praxi for. eccl. par. 3. ref. 476. Quarant. in ver. alienat.

- alienatio rerum ecclesie nu. 49.*
- 6 Excusatur tamen ab huiusmodi pœnis qui per vnum, aut paucos dies tonsuram, & habitum non gestat: nam ad eas incurrendas requiritur talis perseuerantia, vt publicè pro laico existimetur *Piasec. loco cit. nu. 14. Quarant. vbi supra Ricc. in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 476. & par. 4. ref. 237. Barbos. d. all. 9. num. 20. Dian. par. 5. tr. 5. ref. 60.*
- 7 Secundò si propter paupertatè habitum congruentem deferre non potest, aut si propter aliquod verisimile periculum transformari cogeretur *Quarant. loco cit. Bellet. tit. de Discipl. cleric. §. 16. nu. 15. Piasec. d. num. 14. Ricc. in Prax. p. 1. resolutione 540.*
- 8 Tertiò excusatur ex causa itineris, aut peregrinationis, aut si Ruri moretur, aut domi; tunc enim licitum est habere vestes breuiiores *c. Episcopi. 21. q. 4. Bellet. loco citato num. 14. Ricc. in Prax. par. 4. resol. 237. Piasec. vbi supra, vbi refert decretum Sac. Cong.*
- 9 Quartò si propter infirmitatem, aut aliud simile impedimentum nequit tonsuram deferre *Clar. §. fin. q. 36. vers. quæro nunc Quarant. in ver. habitus clericalis Ricc. in Prax. par. 1. ref. 540. & par. 4. ref. 237. & alij apud Barbos. d. all. 9. n. 11. & 17.*
- 10 Quintò ad effugiendas supradictas pœnas sufficeret, vt vel toga, vel pallium talare sit: non enim necesse est deferre duas vestes talaras, vt dicunt DD. quos refert, & sequitur *Dian. par. 4. tr. 1. resol. 91. Barbos. par. 2. d. all. 9. num. 15. Ricc.*
- in Prax. par. 4. ref. 236.*
- 11 Sextò Pensionarius non amittit pensionè ex eo, quia non incedat in habitu, nisi cõstet de exactione pensionis: quia dicta constitutio Sixti V. *incip. Pastoralis*, priuat tantum illos Pensionarios, qui pensiones exigunt, vel per quos stat, quominus exigantur *Rot. coram Gregor. dec. 20. in fin. Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 237.*

SVM M A R I V M.

1 An plura beneficia retineri possint absque dispensatione, & numero 2.

3 An possit Episcopus tria, vel plura beneficia conferre, & n. 4.

5 Duo beneficia curata, vel alias residentiam requirentia non possunt simul retineri etiamsi essent insufficientia.

6 An ordinarius possit conferre secundum beneficium obtinèti primum, quod per se esset sufficiens, sed tamen ad sustentationem non sufficit propter onus pensionis.

7 Et an possit beneficiũ conferre habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficientem sustentationem.

8 An possit tolerari pluralitas beneficiorum, si ita in fundatione cautum sit.

Et an minor 14. annorum possit in tali casu beneficium simplex adipisci, ibidem.

CAP. II.

An liceat habere plura beneficia simplicia absque dispensatione.

Doctores in hoc differunt: alij enim tenent, posse Clericum absque dispensatione retinere plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, aut vnum curatum, & residentiam requirēs cum alijs simplicibus residentiam non requirentibus, etiam si vnum sufficiat ad sustentationem, dummodò non sit multitudo beneficiorum, quæ sonet in vitium ita *Inuoc. in cap. cum iam dudum de Preb. Lap. all. 35. num. 1. & all. 116. in fin. & 117. numer. 2. Tusc. tom. 2. concl. 834. litt. C. Piassec. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 5. nu. 27. Ferret. conf. 255. num. 3. & alij apud Garc. de Benef. par. 11. cap. 5. nu. 264. & seq.*

Alij verò contrarium asserunt, videlicet quod non possunt plura beneficia etiam simplicia absque dispensatione retineri, quando vnum sufficit ad sustentationem ita *Sylu. in sum. ver. beneficium 4. num. 2. Diaz. in Pract. crim. canon. 15. 49. per tot. Azor. 2. par. instit. mor. lib. 3. c. 7. q. 4. Mádof. ad Lap. all. 117. litt. B. & alij, & ita etiam statuit Concilium Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 17. ibi, ut in posterum vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honeste sustentandam non sufficiat,*

liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodò vtrumque personale residentiam non requirat, eidem conferri.

Ex quo obseruāt Doctores, non posse Episcopum absque dispensatione apostolica tria, aut plura beneficia conferre, etiam si duo non sufficerent ad sustentationē ita *Salzed. ad Diaz. in Pract. crim. canon. c. 49. litt. C. Vinian. in Prax. Jurispatr. par. 2. lib. 6. cap. 10. nu. 3. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62.*

Alij tamen putant, licitum esse absque dispensatione obtinere plura beneficia simplicia, quæ residentiam non requirunt, quando vnum, aut duo non essent sufficientia, & idēo habenti vnum, aut plura beneficia insufficientia posse aliud, seu alia multa conferri vsque ad cōgruam Beneficiarij sustentationem ita *Nau. conf. 10. & conf. 35. de Preb. Zerol. in Prax. Episcop. par. 2. ver. conformitas Barbof. d. all. 62. num. 10. Ricc. in collect. dec. 474. Gonz. super. reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 39. Flamin. Paris. de Resign. benefic. lib. 3. q. 1. num. 141. et ita etiam tenuit Abb. in cap. cum iam dudum nu. 8. de Preb. & conf. 96. num. 2. vers. contrariam sententiam Lambertin. de Iurepatr. par. 1. lib. 2. q. 7. art. 15. num. 3. & seq. & communem dicit Hoied. par. 2. de benefic. compatib. cap. 1. num. 15. & 37. in fin.*

Idque probant ex stilo Romanæ curiæ, quia post publicationē Concilij Tridentini, & eius confirmationē Romani Pontifices sæpissimè concedunt vni Beneficia

rio multa beneficia simplicia, qua simul residentiam non requirunt, nec potest dici, Papam in tali casu tacite dispensare, tum quia hoc tollitur *ex cap. non potest de Præb. in 6. ibi, cum verò tibi non obstante, quod aliud beneficium obtinere noscaris, à sede prædicta de aliquo beneficio provideri contingit, per hoc tecum, ut primum beneficium cum secundo retinere valeas, non intelligitur dispensatum*: tum quia requireretur in tali casu expressa mentio, seu derogatio Concilij iuxta capit. ex parte de Capel. mon. ut advertit Gonzal. d. glos. 15 num. 36. tum etiam quia post Concilium Tridentinum, sicut antea ordinarij communiter contulerunt, & conferunt vni plura beneficia ultra duo, & omnia simul retinentur, dummodò alias non sint incompatibilia, ut observat *Garc. d. p. 11. cap. 5. num. 323. & seq. ubi etiam dicit, illud decretum Concilij sess. 24. cap. 17. non esse vsu receptum, additque Ferrett. d. cons. 255. num. 3. quod hanc consuetudinem generalem Papa scit, & tolerat*.

5 Observant 2. duo beneficia curata, vel alias residentiam requiruntia non posse simul absque dispensatione apostolica retineri, etiam si essent, insufficientia *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 7. quest. 4. Vinnian. in Prax. Jurisp. par. 2. lib. 6. cap. 19. n. 15. Zerolin. in Prax. Episc. ver. beneficia §. ad septimum concl. 7. & ita declaravit Sac. Cong. ac Rota decis. 310. num. 4. par. 2. Recent. ut refert Barbof. d. par. 3. all. 63. n. 20. licet contrarium in puncto iuris communis defendi posset per tex.*

in cap. eam te de etat. & qual.

6 Observant 3. ordinarium posse conferre secundum beneficium, obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem ad honestam ipsius possidentis sustentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum: dummodò prouisus post collationem sibi factam huiusmodi pensioni non cõsenserit *Garc. de Benefic. par. 11. cap. 5. num. 310. in fin. ubi asserit ita declarasse Sac. Cong. Barbof. par. 3. all. 62. n. 7*.

7 Observant 4. posse Episcopum beneficium conferre habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficientem sustentationem, quia pensio non est ecclesiasticum beneficium ita resoluit *Sac. Cong. teste eodem Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 310. Barbof. loco cit. d. num. 7. Vinnian. par. 2. lib. 6. cap. 10. num. 16. Vnde pensiones non inducunt incompatibilitatem aliquam cū beneficijs Göz. super reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. n. 14. Hoied. 2. p. cap. 7. num. 1. Azor. 2. p. lib. 8. cap. 10. quest. 8. & c. 12. quest. 6. Ricc. in Prax. for. ecclæs. p. 1. resol. 272. etiam si plures pensiones quis habeat sub eodem tecto *Gig. de Pensionib. q. 32. quod procedit, quando pensio non assignatur in titulum beneficij secundum Hoied. p. par. cap. 20. n. 18. & 22.**

8 Observant 5. quod licet canones ubique damnent pluralitatem beneficiorum, tolerari tamen potest lex contraria in fundatione apposita: quia id non habet perpetuam prohibitionem à iure natura, sed dumtaxat à positivo, ita *Garc.*

Garc. d. par. 11. cap. 5. nu. 280. & fuit resolutum in Vallisolatana Archidiaconatus 16. Nouëbris 1616. coram Coccino Decano, ut refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 70. num. 44. ex quo infert Gonz. ad. reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 91. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 60. nu. 77. quod minor 14. annorum potest beneficia simplicia adipisci, si ita expresse in fundatione statutū sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia cōpatibilia quæ dicantur. 14
- 2 Beneficia incompatibilia ad duo genera reducuntur.
Quæ sint beneficia incompatibilia primi generis, ibidem.
An beneficium curatum habitu, vel potentia tantum, possit obtineri cum alio actu curato, ibidem.
- 3 Quæ sint beneficia secūdi generis
- 4 An dispositio Concilij Tridentini sess. 7. de ref. cap. 4. procedat in beneficijs simplicibus personalem residentiam requirentibus, & n. 5. & 6.
- 7 Qualis residentia requiratur ad hoc ut beneficiū dicatur incompatibile.
- 8 Siquis possit in canonicatu, & parochiali deservire, an in tali casu hæc beneficia censeantur incompatibilia.
- 9 Quæ beneficia censeantur esse sub eodem tecto.
- 10 Quæ beneficia dicantur uniformia & quæ difformia.
- 11 Beneficia uniformia sub eodem tecto sunt incompatibilia.
- 12 Iura magis abhorret, quod quis in eadem ecclesia habeat duo beneficia etiam simplicia cōformia quam quod in diuersis duo, curata.
- 13 Dispensatus ad duo beneficia nō censetur dispensatus, ut illa habeat in eadem ecclesia.
An possit testator disponere, quod Presentatus Capellaniam obtineat, quamuis habeat aliam uniformem in eadem ecclesia, ibidem.
Et an possit Episcopus super hac incompatibilitate dispensare, ibidem.
- 14 Beneficia difformia non sunt incompatibilia, & ideo possunt ex dispensatione Episcopi simul reneri in eadem ecclesia.
- 15 An Canonicus vel Rector alicuius ecclesia possit cum canonicatu, vel Rectoria retinere beneficiū simplex intra eandem ecclesiam.
An quis possit per substitutum deservire Capellaniæ existenti in ecclesia Cathedrali, si illius redditus consistant in distributionibus quotidianis, ibidem.
- 16 An possit quis simul retinere Capellaniam, vnius Capelle cum alia Capellania diuersæ Capelle.
- 17 An huiusmodi beneficia sint incompatibilia, quando essent inter se repugnantia ratione seruitij.
- 18 Et an possit quis sub eodem tecto possidere tria beneficia difformia.
Obtinens Canonicatum, cui post Concilium Tridentinum iniunctum est onus pœnitentiariæ, nō potest aliud beneficium simplex in eadem ecclesia obtinere.

Et


- Et an hoc procedat in Canonico
lectoralis, vel magistrali, ibid.*
- 20 *Quid requiratur, ad hoc ut per
assequutionem secundi beneficij
incompatibilis vacet primum,
& num. x. & 22.*
- 23 *An primum beneficium sufficiens
adusctum i sō iure vacet per
adoptionem secundi similiter
sufficiens.*
- 24 *An priuatus per sententiam alte-
ro ex dictis beneficijs possit va-
lide illud appellatione pendente
resignare ad fauorem alterius.*
- 25 *An valida sit collatio alterius
beneficij sufficientis facta per
Episcopum habentē iam aliud
sufficiens.*

C A P. III.

De beneficijs comparabilibus, &
incompatibilibus.

§. I.

*Quae dicantur beneficia compati-
bilia, & quae incompatibilia.*

- 1 eneficia compati-
bilia ea dicuntur,
quae residentiam
non requirunt, aut
vnum requirens re-
sidentiam cum al-
tero residentiam non requirente
Hoid. p. 2. de Benefic. compat. c. 1.
- 2 Beneficia verò incompatibilia
ad duo genera reducuntur: pri-
mi generis sunt ea omnia, quo-
rum alterum vacat ipso iure per
assequutionem alterius, qualia
sunt duo beneficia curata, duae

dignitates, aut personatus capi-
de multa ex. de Preb. cap. ordinarij
de offic. ordin. in 6. extrau. exe-
crabilis eod. tit. de Preb. Conc.
Tridentinum sess. 7. c. 4. quod au-
tem dicitur de curatis, intellige,
dommodò ambo sint actu cura-
ta, quia si vnum esset curatum
habitu, vel potentia tantum, be-
nè potest obtineri cum alio actu
curato cap. pastoralis 7. q. 1. glos.
in cap. licet canon. in ver. paro-
chialis de elect. in 6. Bursat. conf.
352. num. 6. Prosp. de Augustin. in
Addit. ad Quarat. in Sum. Bullar.
ver. Benefic. resignatio vers. nona
causa est, & hanc esse communem
testantur Hoid. par. 2. cap. 6. n. 2.
& seq. Paris. de Resign. Benefic. lib.
3. q. 1. num. 94. Ric. in Prax. for.
eccles. par. 1. res. 628. & ita decla-
rauit Sac. Congregat. vt referat
M. Sibr. in Prax. habent. concurs.
prælud. 2. de eccles. Paroch. n. 16. &
seq. & resoluit Rota corā Seraph.
dec. 936. num. 2. vbi etiam dicitur,
quod in impetratione ecclesiae-
parochialis habitu tantum, & nō
actu, non est necessaria expres-
sio curae. reducitur tamen illud
beneficium ad actum curae per
reuerfionem Parochianorum,
ad desertam parochiam, & te-
netur ipse beneficiarius infra spa-
tium sex mensium vnum ex pra-
fatis dimittere iuxta Conc. Trid.
sess. 24. de res. cap. 17. vt notat etiam
Prosp. de August. loco cit. Rot. decis.
484. par. 1. Divers.

Eiusdem generis sunt benefi-
cia illa, quae habent aliquam iu-
risdictionem annexam, vt visi-
tandi, corrigendi, excommuni-
candi,

candi, aut si quis haberet dignitatem, & curatum *extrau. execrabilis de Præb. Hoied. par. 1. de Benef. incompat. cap. 16. nu. 1. & seq.* vel Vicariam perpetuam, & curatum *elem. 1. de offic. Vicar. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. nu. 118.* 4
 & alij communiter. idem dicendum, si quis haberet duas parochiales in commedam perpetuam *Conc. Trident. sess. 7. de ref. cap. 4. Hoied. par. 1. cap. 14. à nu. 16. vsq. ad fin. Paris. d. lib. 3. q. 1. num. 119.* aut duas Vicarias perpetuas *elemen. 1. de offic. Vicar. Hoied. d. p. 1. cap. 15. nu. 18. & 19.*

3 Beneficia verò incompatibilia secundi generis sunt reliqua beneficia residentiam requirentia, quæ simul quidem licet retineri non possunt absque dispensatione, tamen non ita pugnant ut alterum vacet ipso iure, sed datur optio detinenti, ut vnũ eorum eligere possit: altero verò potest per superiorem priuari *iuxta cap. referente de Præb. Nau. cons. 25. num. 1. de Præb. Less. de Iust. & iur. lib. 2. cap. 34. nu. 140. & 144. Piasec. in pract. Episc. par. 2. cap. 5. num. 25. & 26. quibus adde Lap. all. 117: vbi dicit, quod omnia alia beneficia præter illa, de quibus statuitur in dicto cap. de multa, & extrauag. execrabilis, quamuis sint ex aliqua causa incompatibilia, non vacant ipso iure: quod procedere etiam post Concilium Tridentinum *sess. 7. de ref. cap. 4.* dicit Prosp. de August. ad Quarant. in ver. beneficiorum resignatio vers. nona causa est &c. in 4. conclus. tum quia nulla pœ-*

na ipso iure incurritur, nisi in casibus in iure expressis, tum quia *Conc. d. sess. 7. cap. 4.* nihil de nouo addit, sed tantum nouum vinculum imponit, ut dixit *Rota dec. 484. num. 4. par. 1. Diuers.*

4 Ex quo inferunt nonnulli Doctores, quod si quis haberet canonicatum in vna ecclesia, & cõsequeretur alium canonicatum in alia ecclesia, primus canonicatus ipso iure non vacaret: & idẽo possessor primum canonicatum huiusmodi posset ad fauorem alterius resignare, quia in tali casu à se ius minimè abdicauit *Lap. d. all. 117. Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 1. n. 131:* quod non procedit respectu eorum, qui possident beneficia curata, dignitates, aut personatus, & deinde alia similia beneficia retinere præsumunt: quia cum hoc casu prima vacent ipso iure *iuxta dispositionem d. cap. de multa, & extrau. execrabilis, & Concilij Tridentini d. sess. 7. cap. 4:* idẽo non possunt ad fauorem alterius resignari, cum omne ius in tali casu amittatur *Rico. in Pract. for. eccles. p. 2. ref. 100: & communem dicit Paris. loco cit. d. lib. 3. q. 1. nu. 50: & seq.*

5 Sed alij verius putant, Concilium Tridentinum loco cit. d. c. 4. locum habere non solum in beneficijs curatis, personatibus, & dignitatibus *iuxta cit. cap. de multa,* sed etiam in simplicibus beneficijs personalem residentiam requirentibus, ut sunt Canonicatus, vel portiones in Cathedralibus, & collegiatis, quæ hodie

diè requirunt residentiam, ex eodem Concilio *sess. 24. de res. cap. 12. vers. præterea obtinentibus*, atque etiam in quibuscunque alijs beneficijs, etiam Capellanijs, quæ ex fundatione, vel consuetudine dictam residentiam requirunt: quia hodie per Concilium prædictum, loco cit. extenditur vacatio ipso iure ad omnia incompatibilia, sic enim disponit, *Quicumque de cætero plura beneficia curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad eam, seu commendam perpetuam aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam sacrorum canonum & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit de multa, recipere, ac simul retinere præsumserit, beneficijs ipsius iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis canonis vigore privatus existat*. Ex quo clarè constat, Concilium loqui de quibuscunque incompatibilibus, nec se restringit ad d. c. de multa quia dicit, *præsertim, quæ dictio est ampliatiua, & quoad vacationem inducit vacatione secundum terminos c. de multa, illud extendendo ad quæcunque beneficia incompatibilia, ita pluries ref. Rota, & præsertim decis. 483. nu. 4. par. 1. Divers. & censuit etiam Sac. Cong. teste Garc. de Benef. par. 11. c. 5. nu. 83. & seq. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 16. & seq. & hanc sententiam tenuit etiam Azor. 2. p. lib. 6. cap. 13. quest. 2. & seq. Gutier. conf. 10. num. 3. & 4. Hoied. par. 1. de Benef. incompat. cap. 9. nu. 5. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62. n. 28. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref.*

343. num. 13. vers. quoad tertiam & par. 3. resol. 302. & 470. ubi plures Rotæ decisiones refert.

6 Ex quo inferitur, quod si Canonicus, aut curatus, qui tenetur continuò residere, obtineat beneficium simplex residentiam requirens, ut si teneatur iuxta institutione fundatoris celebrare Missam per seipsum, tunc obtenta pacifica possessione huius secundi beneficii vacaret eò ipso Canonicatus seu ecclesia parochialis Hoied. par. 1. de Benef. incompat. cap. 17. num. 44. & 45. & ideò posset alteri de iure conferri, quamvis possessio tradi non possit, nisi vocato primo possessore *cap. licet Episcopus de Præb. in 6. nec haberet locum in tali casu dispositio regulæ de Triennali, quia præsumpta dispensatio, in qua fundatur dicta regula, non procedit contra decreta Concilij Tridentini; ut declaravit Sac. Cong. ac Rota Romana teste eodem Garc. par. 11. cap. 5. nu. 379. idemque dicendum est de obtinente Capellaniam cum onere celebrandi certas Missas, & coadiuvandi in cura animarum, vel inseruiendi in Choro; hoc enim beneficium est incompatible cum alio beneficio personalem residentiam requirente, ut censuit Sac. Cong. teste Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. alleg. 24. nu. 47.*

Aduertunt tamè Doctores, quod hæc intelligenda sunt de illis beneficijs, quæ requirunt residentiam præcisam, seu continuam simpliciter, & respectu tituli; secus esset si requirerent residentiam non perpetuam, sed ad tempus, vel non

precisè, seu simpliciter, sed cau-
satiuè, vt quia inducunt priuatio-
nem fructuum, si beneficiatus non
resideat, non autem tituli: quia
tunc beneficium non dicitur in-
compatibile, nec vacat primum,
per assequutionem secundi, *Hof.*
in cap. fin. nu. 4. vbi etiam Abb. n. 4.
Io. Andr. num. 6. Imol. num. 13. de
Cur. non resid. Gr. aff. decis. aur. p. 1.
lib. 2. cap. 97. num. 18. Pur. decis. 441.
num. 4. lib. 1. Cauaiar. dec. 551. nu. 6.
& alij, quos refert, & sequitur Gonz.
ad reg. 8. Cancell. glos. 15. n. 22 & 23:

8 *Addit Ricc. in Prax. for. eccles. p.*
1. ref. 343. quod si quis posset in
Canonica, & parochiali deser-
uire, hæc beneficia non censerè-
tur incompatibilia, & ita etiã vi-
detur sentire Rot. decis. 493. par. 2.
Diuers.

S. II.

An, & quando beneficia sub eo-
dem testò, sint incompatibi-
lia.

Hic non loquimur de benefi-
cijs, quæ residentiam re-
quirunt, vt sunt dignitates, Cano-
nicatus &c. hæc enim simul reti-
neri non possunt non solum in ea-
dem ecclesia, sed neque in diuer-
sis ecclesijs *Staphil. in tract. de Gra-*
tij's expectat. §. A secunda forma Pust.
decis. 189. par. 3. Paris. de Resign. be-
nef. lib. 3. n. 106. & 107. & alij com-
muniter.

9 *Ea igitur beneficia censentur*
esse sub eodem testò, quæ sunt in-
tra eandem ecclesiam, vel intra
parietes, vel ambitum eiusdem ec-

clesia, puta si beneficium situm,
sit in Capella, claustro, cœmeterio,
seu ambitu contiguo ecclesie: tunc
enim censetur esse in eadem ec-
clesia Hoied. par. 1. de benef. incom-
pat. cap. 20. num. 27. Gar. de benef. p.
11. cap. 5. num. 258. & 259. Prosp. de
Augustin. loco supra cit. vers. nona
causa est &c. in 3. conclus. Gonz. ad
reg. 8. Cancell. glos. 10. num. 33. Bar-
bos. de offic. & pot. Episc. p. 3. ail. 62.
num. 15. secus si Capella, seu cœ-
meterium non essent ecclesie cõ-
tigua, sed extra septa illius; tunc
enim beneficium ibi situm non cẽ-
fetur esse in ecclesia maiori, seu
principali, quamuis fortasse Ca-
pellanus teneretur aliquas fun-
ctiones peragere in ecclesia maio-
ri, videlicet interesse diuinis, vel
celebrare in festiuitatibus, vel si-
milia, quia attendendus est locus,
vbi beneficium est situm, et d. Circ.
loco cit. num. 259.

10 *Huiusmodi autem beneficia,*
alia sunt vniformia, alia difformia:
vniformia censentur ea, quæ sunt
instituta ad vnum, & eundem fi-
nem & ad eadem munera, seu o-
nera; difformia verò sunt ea, quo-
rum finis, seu onus diuersum est,
& separatam, puta si vnum est in
vno loco, & alterum in alio situm,
& vnum habet vnum onus, & alte-
*rum aliud *Nau. cons. 16. de Preb. &**
alij apud Barbos. de offic. & pot. E-
pisc. par. 2. alleg. 24. numer. 47. His
premissis.

11 *Dico 1. quod beneficia vnifor-*
mia etiam simplicia sub eodem
testò, siue in eadem ecclesia sunt
incompatibilia, & idè primum
beneficium vacaret ipso iure per
as-

alsequutionem alterius *Nau. lo-*
co cit Graff. par. 1. lib. 2. cap. 97. n. 18.
Rebuff. in concord. in rubr. de man-
dat. Apostolic. §. 1. vers. ita tamen
Hoied. par. 1. cap. 20. nu. 26. Ferrett.
conf. 255. num. 4. ubi de communi
Pros. de Augustin. ad Quar. in
ver. beneficiorum resignatio versic.
nona causa est in 3. conclus. Piafec.
in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. num. 25.
Gonz. ad. reg. 8. Cancell. glos. 10. nu.
34. Barbof. d. par. 3. all. 62. nu. 12. &
seq. Mantie. decis. 118. per tot. quod
 procedit etiam si talia beneficia
 essent insufficientia: quemadmo-
 dum enim nō possunt retineri duo
 beneficia etiam insufficientia, quā-
 do residentiam requirunt, vt di-
 ximus supra, ita etiam non possūt
 retineri duo conformia sub eodē
 tecto, quz muis simplicia, & insuf-
 ficientia: quia iura magis abhor-
 rent, quod quis in eadem eccle-
 sia habeat duo beneficia etiam
 simplicia conformia, quam quod
 in diuersis duo curata, vel duas
 dignitates, vt dicit *Ferrett. consil.*
255. num. 4. Rebuff. in Concordat. in
rubr. de mandat. Apostolic. §. 1. vers.
ita tamen Paris. de Resign. benef. lib.
3. q. 1. num. 122. Mantie. d. dec. 118:
num. 4. quicquid dicat Zerol. in
Prax. ver. beneficia §. ad septimum
concl. 6. Vnde dispensatus ad duo
 beneficia nequaquam censetur
 dispensatus, vt illa habeat in ea-
 dem ecclesia, nisi expressē fuerit
 dictum, etiam si in dispensatione
 adesset clausula, motu proprio, vt
 dicit *Paris. d. lib. 3. q. 1. nu. 125.* nec
 posset testator, seu Patronus dispo-
 nere, quod præfentatus Capella-
 niam obrineat, quamuis habeat

aliam vniformem in eadem ec-
 clesia *Mantie. d. decis. 118. num. 17.*
 nec potest Episcopus super hac in
 compatibilitate dispensare *Rebuff.*
& Ferrett. locis cit. Barbof. d. par. 3.
all. 62. n. 12. & alij apud Paris. ubi
supra num. 124. ubi de communi.

14 Dico 2. quod beneficia disfor-
 mia non sunt incompatibilia, &
 ideo possunt ex dispensatione Epi-
 scopi simul retineri in eadem ec-
 clesia, seu sub eodem tecto *Mantie.*
d. conf. 16. de Præb. Rebuff. in Con-
cordat. tit. de mandat. Apostol. §. 1.
versita tamen Nicolaus de Milif.
in Repertor. ver. beneficium §. bene-
ficia plura in fin. & est communis
opinio, vt dicit Paris. d. lib. 3. q. 1. n.
128. & hanc esse communiorem, &
veriozem dicit Gonz. super regul. 8.
Cancell. glos. 10. num. 41. Garc. de
Benef. par. 1. cap. 5. nu. 235. & seq.
& censuit etiam Sac. Congr. teste
Barbof. d. par. 3. all. 62. num. 17. &
refertur etiam inter dec. nouiss. Di-
uers. par. 4. decis. 76. quicquid dicat
Hoied. par. 1. c. 20. nu. 25. & alij.

15 Hinc sequitur, quod Rector
 alicuius ecclesie potest cū Rectoria,
 siue suo beneficio curato re-
 tinere Capellaniam, seu beneficiū
 simplex intra eandem ecclesiam,
 modō non requirat residentiam
Lap. all. 16. num. 3. vers. in contra-
rium arguitur Nau. d. conf. 16. de
Præb. quod procedit, etiam si Ca-
 pellaniam habeat annexum onus ce-
 lebrandi certas Missas, quia non
 ideo requireret residentiam, sed
 illi posset deseruii per substitutū,
 exceptis Capellanijs existentibus
 in ecclesijs Cathedralibus, quarū
 redditus consisteret in distributio-

- nibus quotidianis, aut si contrarium expressè esset dispositum in fundatione; tunc enim Beneficiatus non posset per alium seruire, *ut dicunt Doctores apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 44. num. 44. idem dicendum de Dignitate, seu Canonico, qui vna cum Canonatu potest similiter in eadem ecclesia retinere Capellam, seu beneficium simplex residentiam non requirens, Mohed. dec. 15. de Præb. item posset quis in eadem ecclesia simul*
- 16 retinere Capellaniam vnius. Capellæ cum alia Capellania diuersæ Capellæ, *ut d. Zerol. in Prax. Episc. 2. par. ven. beneficium S. 13. Gonz. loco cit. num. 33. Io. Franc. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 3. num. 12. & cap. 8. numer. 55. præsertim si in aliquo loco talis adesset consuetudo Hoied. d. p. 1. de Benef. Incompat. cap. 20. nu. 25. Garc. par. 11. cap. 5. num. 234.*
- 17 Limita 1. quando huiusmodi beneficia essent inter se repugnantia ratione seruitij, tunc enim essent incompatibilia, *ut dicit Garc. de Benef. par. 11. cap. 5. numero 235.*
- 18 Limita 2. vbi quis sub eodem recto possideret tria beneficia, quamuis difformia, quia vltra duo absque dispensatione apostolica retineri non possunt ita *ut consuetudo in contrarium non valeret Ferret. cor. s. 255. n. 4. Put. dec. 466. nu. 3. lib. 2. Garc. p. 11. cap. 5. num. 238.*
- 19 Vnde obtinens Canonatum, cui post Concilium Tridentinum iniunctum est onus Pœnitentia-

riæ, non potest aliud beneficium simplex in eadem ecclesia obtinere, cum Pœnitentiarius iam habeat officium Pœnitentiariæ, & insuper Canonatum tali officio annexum: & ideo non potest esse in eadem ecclesia triplex; quâuis enim officium Pœnitentiarij per se non habeat fructus, & beneficium sine fructibus non inducat incompatibilitatem, sufficit tamen, quod habeat fructus ratione adiuncti, seu annexi Canonatus, *ut censuit Sac. Congreg. teste Garc. d. p. 11. num. 249. & seq. vbi etiam obseruat, quod ista ratio considerata in Pœnitentiaro non militat in Canonico lectorali, aut magistrali, quia in eo solum consideratur Canonatus, & præbenda cum tali onere, & non tale officium, cui sit annexus Canonatus.*

§. III.

Quando primum beneficium incompatible vacare censeatur per assequutionem secundi incompatible.

20 **V**T per assequutionem secundi beneficij incompatibilis vacet primum, non sufficit sola collatio, & acceptatio beneficij incompatible, sed requiritur primò adeptio possessionis secundi pacificè, *ut resoluit Rota Romana, ac Sacr. Congreg. apud Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 302 vel quod per pronisum stet, quominus eam adipiscatur capit. licet*

Epi-

Episcopus de Præb. in 6. extranag. execrabilis §. qui verò eod. tit. Ab. in d. cap. de multa nu. 16. de Præb. & alij apud Garc. par. 11. cap. 5. n. 100. & notat etiã Diaz in Pract. crim. canon. cap. 49. num. 9. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 57. nu. 201. Mobed. decis. 8. alias 161. num. 1. & 2. de Concess. Præb.

21 Secundò requiritur, vt prouisus possit percipere fructus *Garc. d. par. 11. cap. 5. nu. 123. Barbof. par. 3. all. 57. nu. 201. & alij vñmuniter.* & idè si per aliquod tempus essent alteri ex priuilegio referuati, non vacaret primum beneficium per illud tempus, quo alij ex priuilegio, aut consuetudine perciperent fructus *cap. si tibi concesso, vbi Doctores de Præb. in 6. Staphil. de Qual. & stat. Benef. nu. 53. idem esset, si possessio sit plena, quia tunc non tenetur prouisus dimittere primũ incompatible, vt decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 302.* & idè ad hunc effectum nõ solum requiritur, quod habeat pacificã possessionem beneficij, aut exercitij curæ, vt *d. Staphil. loco cit.* sed requiritur etiam administratio bonorum ecclesiæ, vel maioris partis ipsorum *Sarn. de Trienn. q. 53. vers. & idè Seraphin. dec. 953. n. 1.* quamuis enim pacifica possessio solius curæ, aut minoris partis fructuum satis sit quo ad ordinum promotionem, itã vt infra annum promoueri te neatur, vt *d. glos. in d. cap. si tibi concesso in ver. vacare,* non tamen sufficit quoad inducendam vacationem ipso iure primi beneficij

Sarnen. loco cit. & communem dicit Staphil. vbi supra num. 53. Ric. in Prax. par. 3. ref. 302. vbi dicit, quod beneficium incompatible non amittitur ex impetratione, secundi, nisi impetrans sit plenè consequutus secundum: & hoc maxima ratione constitutum est, nè Clericus dimittendo primum beneficium interim mendicare cogatur glos. cit. in d. cap. si tibi concesso Piafec. in Prax. episc. par. 2. cap. 5. num. 25.

22 Tertio requiritur, quod a die possessionis pacificæ secundi beneficij lapsi fuerint duo menses, qui dantur ad dimittendum primum incompatible *Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 57. nu. 45. 77. & 201. Seraphin. dec. 997. num. 10. Gabr. conf. 193. n. 7. & 8. lib. 1.* qui dicunt, quod si intra duos menses superuenerit lis, Beneficiatus retinere adhuc potest primum, quousque possessionem secundi pacificam habeat: & hoc procedit in omni molestia, siue iudiciali, siue extraiudiciali, siue de iure, siue de facto *Seraphin. d. dec. 997. n. 5. Sarnen. de Trienn. q. 53. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 302.* si verò intra dictos duos menses lis mota non fuerit, tunc elapsis duobus mensibus prius beneficiũ vacare censetur *Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 114.*



S. I V.

*An primum beneficium sufficiens ad
victum ipso iure vacet per ad-
ptionem secundi similiter
sufficiens.*

His addi potest aliud genus incompatibilitatis, quando scilicet vtrumque est per se sufficiens ad sustentationem, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. de ref. cap. 17. vt aduertit etiam Nau. cons. 17. de Præb. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 100. n. 2. vers. tertium caput Grass. in Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 97. nu. 17.*

Hic autem non loquimur de Beneficijs residentiam requirentibus: certum enim est ex his, quæ supra diximus, quod vacat ipso iure primum per adeptionem secundi, si vtrumque residentiam requirit: sed sermo hic est, quando vel omnia sunt simplicia residentiam non requirentia, vel quando vnum tantummodò residentiam requirit, & aliud est simplex.

²³ Communis est Doctorum opinio, quod habens duo beneficia, quorum vtrumque est sufficiens per se ad victum, non est priuatus primo ipso iure per assequutionem secundi similiter sufficientis, quando vtrumque personale residentiam non requirit, ita *Nau. cons. 13. numer. 3. & seq. & cons. 17. de Præb. & ita fuisse decisum in Rota refert Gonz. ad reg. 8 Cancell. gloss. 15. num. 26. qui de praxi vniuersali, & communi vsu testantur. potest tamen altero le-*

gitimè priuari iuxta dispositionem Concilij *d. sess. 24. cap. 17. vt dicunt Doctores citati cum Diaz. in Præb. crimin. canon. capit. 49. num. 5. data illi electione, seu optione, vt alterum, quod maluerit, retineat iuxta cap. referente de Præb. Lap. all. 116. in fin. Pia-sec. in Prax. Episc. par. 2. ref. 100. n. 2. vers. tertium caput, & decisum refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62. nu. 3.*

²⁴ Sed quæres, an priuatus per sententiam altero ex dictis beneficijs possit validè illud appellatione pèdente resignare ad fauorem alterius? affirmat Genués. *in Prax. Archiep. cap. 53. numer. 9. vbi refert ita resoluisse Rotam in Legionen. Canonicatus 15. Febr. 1593. coram Arigonio*, tum quia Beneficiatus non est priuatus in tali casu ipso iure, tum quia pèdente iudicio nullitatis, & iniustitiæ adhuc ius manet in eo, qui est priuatus *Put. decis. 30. num. 3. lib. 1.*


²⁵ Quæres 2. an valida sit collatio alterius beneficij sufficientis facta per Episcopum habenti iam aliud sufficiens? affirmatiuè responderi *Garc. de Benef. par. 11. c. 5. num. 383. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. num. 129. quibus adde Seraph. dec. 774. vbi dicit, quod Concilium d. sess. 24. cap. 17. non prohibet assequutionem, sed tantum retentionem.*

S V M M A R I V M.

- 1 Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia, & numer. 2. 3. & 4.
- 5 Nomine victus, & sustentationis accipitur id, quo Beneficiatus indiget ad se, familiamque suam sustentandam.
- 6 In hoc non habetur ratio patrimonij.
- 7 Non omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum sufficit etiam ad decentem beneficiarij sustentationem.

C A P. IV.

Quæ beneficia censeantur ad victum sufficientia.

- 1  N hoc etiam diuersa sūt Doctorū sententiæ: alij enim dicunt, beneficium esse sufficiens, si ascendant ad summam 200. florenorum, de quo vide Zerol. in Prax. Episc. par. 1. ven. beneficii & conclus. alij tenent, beneficium valoris 15. libra Parisiensium dici sufficientem, ut refert Nauar. de orat. miscell. 62. n. 3. Ricc. in Prax. for. eccles. bar. 3. resol. 473. alij putant, beneficium sufficiens ad sustentationem esse, si ex illo 100. ducati percipiuntur, ut ex Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 13 dicit Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 48. num. 59.
- 2 Verum quia hoc non est à iure definitum, beneficium sufficiens erit id, quod vir prudens, & Bo-

nus arbitrabitur, esse tale habitum ratione qualitatis personarum, locorum, & temporum: nam determinatio eorum, quæ indeterminatè à iure statuuntur, relinquatur arbitrio boni viri Nauar. lococit. miscell. 62. nu. 5. & seq. Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. al. 62. nu. 11. Ricc. in Prax. ut supra par. 2. ref. 439. Paris. de Resign. Benefic. lib. 5. q. 6. num. 133. & seq. estimanda sunt etiam beneficiati merita, ac labores: ob hanc enim causam beneficiatus, in quem meritorum prærogatiua concurret, plusquam alij eiusdem ordinis, & status, sed minus ecclesiæ utiles, ad sustentationem suam ex redditibus ecclesiasticis accipere potest, idem Nauar. in tract. de Reditib. eccles. q. 1. monit. 36. nu. 3. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 3. nu. 2. vers. insuper.

Quare Nau. de orat. Miscell. 16. num. 7. Azor. 2. par. lib. 6. capit. 10. quest. 9. Filiuc. tract. 41. cap. 7. q. 4. num. 20. quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 1. in tract. de obligat. beneficii. disp. 4. num. 2. num. 8. in assignanda quantitate cuiuslibet Beneficiario sufficiente hanc rationem habuerunt, ut scilicet, pro Beneficiario infimæ sortis ea quantitas sufficiat, qua ipse, famulus vnus, coquus, & equus ali possit: pro Beneficiario Doctore, aut simili ea quantitas satis sit, qua ipse, famuli duo, coquus, & equus in eâ patriæ morem sustentari queat: pro Beneficiario nobiliori ea quantitas ad victum assignetur, qua ipse, famuli tres, vel quatuor, equi duo cum curru, coquo, & Rhe-

da-

dario ali possint, & sic de exteris habita ratione qualitatis personæ, aliarumque circumstantiarum.

- 4 Quia verò huiusmodi regula procedere nõ potest in omnibus locis præsertim angustis, tutius erit, vt quisq. secum iudicet consultis viris prudentibus, ac timētibz Deum, an vnum, vel duo beneficia ad sui sustentationem sufficiant habita ratione qualitatis personæ, & consuetudinis regionis, Zerol in *Prax. Episc. p. 1. ver. Beneficia §. ad septimum 8. conclus. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 15. num. 39. Piajec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 27. Barbof. in cap. eam te nu. 8. de etat. & qual. & ad id potest multum iuuari reputando secum, quot aureos ipse erogaret in victum honestum, & necessarium alicuius eiusdem conditionis, & ordinis, ad quem decenter alendum obligaretur ex aliqua vltima voluntate: vel contractu, aut ex pietate paterna, vel cognatione, vt not. Nau. de orat. d. *Miscell. 62. in fin.* nomine verò victus, & sustentationis accipitur id, quo Beneficiarius indiget ad se, familiamque suam honestè sustentandam, vt sunt cibus, vestitus, habitatio, & medicina Bonacoin. in d. *Tract. de obligat. Beneficiar. disp. 4. pun. 2. n. 8. circa med.* item apparatus domus seu habitationis: cum enim non sit omnium par conditio, potest vnus splendidiorē, ac pretiosiorē supellectilem habere, sicut & ampliorem familiam, & lautiorē mensam, vt d. *Ricc. in**

Prax. for. eccles. par. 2. ref. 439. & in hoc non est habenda ratio patrimonij, quod potest Clericus cõseruare, & fructus Beneficiorum in proprios vsus conuertere *Fel. in cap. postulasti num. 6. de rescript. Couar. in cap. 1. num. 2. de Testam. Nauarr. de Redit. eccles. q. 1. monit. 30. quos refert, & sequitur Piasec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. numero 27. vbi etiam testat. de communi, quibus adde Sylu. in ver. Clericus 4. ques. 16. Grass. p. 1. lib. 2. cap. 100. nu. 23. & 24. Bellett. Disquis. Cleric. tit. de Bon. Cleric. §. 6. num. 7.*

- 7 Obserua tamen, non omne beneficium sufficiens ad ordinem sacrum sufficere etiam ad decētem Beneficarij sustentationem: quia tali casu beneficium aureorum 30. 40. vel 50. quæ communiter assignari solent ad effectum suscipiendi sacros ordines, sufficeret etiam ad effectum, de quo agimus; aliud enim est posse viuere honestè, nè cogatur mendicare, aliud posse viuere decēter, quo casu multa alia requiruntur, vt rectè declarat Nau. de orat. d. *Miscell. 62. num. 8. nam Beneficiati debent viuere non cum penuria, sed commodè, & congruè Ricc. in Prax. vt supra p. 3. ref. 469.* Hinc dixit glos. in c. 1. ver. absque penuria desit Regul. in 6. quod Canonico Bononiensi ad viuendum sine penuria sufficerent 25. floreni, ad viuendum autem commodè non etiam centum: & Sac. Congregatio censuit, quod habens Canonicatum, & duo simplicia beneficia, quorum om-

omnium annui reditus secundum communem estimationem non ascenderent ad summam 125. ducatorum, non prohibetur a Concilio Tridentino, quin ea omnia retinere possit, ut refert Zerol. loco cit. ver. beneficia §. ad septimum & conclus.

S V M M A R I V M.

- 1 An si adhibeantur examinatores non synodales, concursus sit validus.
 - 2 Quando expiret facultas examinatorum.
Annus celebrandi synodum currit à die Synodi ultimo loco celebrata, ibidem.
 - 3 Examinatores synodales iurare debent, se fideliter munus exequuturos, & quomodo probetur tale iuramentum.
 - 4 Item tenentur facere relationem Episcopo quoad scientiam, mores, etatem, & reliqua.
 - 5 Non possunt quidquam occasione examinis accipere, & quam pœnam incurrant accipientes in hoc casu.
 - 6 An possint eligi plures examinatores ultra sex.
 - 7 An requiratur novum examen in eo, qui alias examinatus, & approbatus fuit ad aliud beneficium parochiale.
 - 8 Quem terminum præfigere debet Episcopus in edicto pro habendo concursu.
 - 9 An possit Episcopus aliquem admittere ad cõcursum post elapsum terminum.
 - 10 Elapso termino edicti potest Epi-
- scopus inchoare examen, non tamen claudere, ubi plures fuerunt descripti.
- 11 Si nulla apposta est dies certa in edicto pro inchoando cõkursu, non potest inchoari examen absque citatione.
 - 12 An subsistat examen factum ante lapsum termini in edicto expressi.
 - 13 An sit proponendum novum edictum, quando unus tantum descriptus fuit, vel si inter plures descriptos unus tantum die præfixo compareat.
 - 14 Quando possit Episcopus absque concursu parochiale beneficium conferre.
 - 15 Non potest Episcopus prohibere Curatis, ne accedant ad cõcursum aliarum parochialium ecclesiarum.
 - 16 Beneficia parochialia intra sex menses conferri debent.
Quid facere teneatur Episcopus, si parochiales ecclesie vacant in mensibus sedi apostolica reservatis, ibidem.
 - 17 Quando Episcopus possit conferre beneficia vacantia in Romana Curia, vel in mensibus sedi apostolica reservatis, & n. 18. & 19. Regula Cancellaria expirant morte conditoris, ibidem.
 - 20 Cetera item beneficia infra sex menses conferenda sunt, & à quo tempore currant prædicti sex menses.
 - 21 Elapso dicto tempore non potest ordinarius amplius conferre, sed collatio devolvitur ad Superiorem.
 - 22 Si Prælati Episcopo inferiores in

- tra dictum tempus non confe- 30 Item an ad possessionem beneficii
nant, potestas deuoluitur ad ip-
sum Episcopum, etiam si colla-
tanes sint Regulares, nulli si ad
inferiores, & Episcopum com-
muniter spectant collatio.
- 23 Deuoluitur etiam potestas confe-
rendi ad superiorem, si ij, ad
quos collatio spectat, prouident
indignis, vel incapacibus.
- 24 Sci entia vacationis beneficii pra-
sumitur in Prelato, qui residet
in sua Dicecesi, hac tamen non
sufficit ad effectum deuolutio-
nis, sed certa scientia probanda
est.
- 25 Superior, ad quem fit deuolu-
tio, habet etiam sex. menses ad
conferendum a die deuolu-
tionis.
- An valeat collatio facta ab ordi-
nario post deuolutionem, ibid.
- 26 Si Patronus laicus intra quadri-
mestrem non presentauerit, Epif-
copus a tempore ultimo diei qua-
drimestris potest infra sex me-
ses beneficium conferre.
- 27 Si Episcopus tempore debito be-
neficium conferat, & prouiso
ex aliqua causa non fuerit effe-
ctum sortitus, non deuoluitur in
tali casu potestas conferendi.
- 28 Episcopo habenti instituta nul-
lum tempus praefixum est, in-
tra quod faciendum sibi institutio,
potest tamen Superior Episcopi
negligentiam supplere.
- Limitatur in beneficijs parochia-
libus iurispatronatus, ibi-
dem.
- 29 An praefixum sit a iure tempus
ad conferenda beneficia resi-
gnata ex causa permutationis.
- 31 An valida sit electio digni omif-
so dignione.
- 32 Episcopus conferens parochialem
ecclesiam digno omisso digniore
mortaliter peccat.
- Episcopus non tenetur perquirere
extra Dicecesim, ut meliores ha-
beat, ibidem.
- 33 Quinam dicatur dignior in ta-
li casu.
- 34 Nobilis ignobili est praeferen-
dus.
- 35 Itē minus doctus modò idoneus,
cuius prudentia, & mores sunt
noti, praefendus est doctiori,
cuius uita ignoratur.
- 36 Cuius extraneo ceteris paribus
est praefendus.
- 37 An Episcopus possit conferre
parochialem ecclesiam sacer-
doti, qui unum tantum exami-
natorum suffragium habuerit.
- 38 An in alijs beneficijs curam ani-
marum non habentibus licitum
sit eligere dignum amisso di-
gniore.
- 39 Ad Parochiale beneficium qua-
ritas requiratur.
- 40 Electus ad parochialem ecclesiam
tenetur infra annum ad sacer-
dotium promoueri, alias priua-
tus est ipso iure beneficio paro-
chiali, & tenetur dimittere be-
neficium una cum fructibus,
& quando hoc procedat.
- 41 Limitatur, quando Parochus le-
gitimo fuit impedimento deten-
tus.
- 42 Item limitatur in Capellanis re-
quirentes ordinem sacerdotalem.

Quando obtinenti huiusmodi Cappellani concedatur annus ad suscipiendum Sacerdotium, ibidem.

- 43 Item limitatur quoad obtinentes Decanatum, seu alias dignitates, vel beneficia, qua curam animarum habent annexam.
- 44 Qua aetas requiratur in Dignitate, seu Canonico, cui accessorie unita sit parochialis.
- 45 Qui beneficium parochiale accipit animo non suscipiendi sacerdotium, tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, & quando hoc procedat.
- 46 Quid si accipiat animo sumendi sacerdotium, & postea voluntatem mutet.
- 47 Et quid, si quis adeptus fuerit Canoniatum sine intentione suscipiendi ordinem sacrum, quem habet annexum.
- 48 Canonicus non recipiens ordinem suo Canoniatui annexum peccat mortaliter, priuatur voce in capitulo, & dimidia parte distributionum, & potest etiam Canoniatu priuari.
- 49 Quam aetatem habere debet prouisus de Canoniatu in ecclesia Collegiata.
- 50 An Canonicus coadiutor debeat esse constitutus in ea aetate, qua ad illum Canoniatum obtinendum requiritur.
- 51 An detur appellatio ab electione Episcopi. & num. 52.
- 53 An detur appellatio a reprobatione examinerum.

CAP. V.

De Beneficiorum concursu.

S. I.

An validus sit concursus ecclesiarum parochialium habitus coram examineribus non Synodalibus.



Egatinè respondent Doctores communiter ex Conc. Trid. sess. 24 de ref. cap. 18. ibi, examineres autem singulis annis in Diocessana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, aduenienteque vacatione cuiuslibet ecclesie tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant.

Ex quo etiam obseruant Doctores, adeò necessariam esse qualitatem electionis synodalis, ut omninò vitietur concursus non solum si examineres, vel eorum aliquis non sint Synodales, verum etiam si cum tribus, vel quatuor, pluribusue synodalibus aliquis non synodalis admitteretur, ut censuit Sac. Cong. & Rota Romana teste Garc. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 324. & 325. Barbof. de offic. & pot. Parochi cap. 2. num. 71. & de offic. & pot. Episc. par. 3. au. 60. num. 48. quia cū concilium velit examen, & concursum fieri coram examineribus synodalibus saltem tribus, si

accedant alij non synodales, non seruetur forma Concilij, cui nihil addi, vel detrahi potest: & ideo nō habet locum regula, vtile per inutile non vitatur *Massobr. in Prax. habent concurs. requis. 13. dub. 1. contra Homobon. de Bōn. de exam. eccl. tract. 2. cap. 3. quest. 30.*

- 2 Observant 2. quod si ex sex examinadoribus aliqui intra annum suæ electionis decesserint, tota facultas examinandi vna cum Episcopo ad superstitēs, etiam si vnus tantum superesset, spectat eo anno durante; sed in locum demortuorum eligendi sunt alij cum approbatione Capituli; & si omnes decesserint, nouos tunc ab eodē Capitulo probandos non pauciores sex Episcopus deputare potest *iuxta decretum Clementis VIII. quod refert. Garc. de Benef. par. 9. c. 2. num. 72. Sbrozz. de Vic. Episc. lib. 2. q. 2. 12. num. 8. Barbof. d. all. 60. nu. 47. Massobr. requis. 12. dub. 2.* hoc enim casu cum nondum lapsus sit annus celebrandi Synodum, nihil Episcopo potest imputari, neque per Episcopum stat, quin examinadores in Synodo deputentur: si cuius esset, si lapsus fuerit annus, tūc enim cum teneatur Episcopus Synodum conuocare *ex concil. Trid. d. sess. 24. de ref. cap. 2.* examinadores facti ordinarij deficiunt, & per eū 3 stat, quin illos adhibeat: nam Clemens VIII. concessit Episcopis facultatem deputandi examinadores extra synodum deficientibus, vel impeditis synodalibus, infra annū tantum à Synodo celebrata; & decreuit, vt statim elapso anno talis facultas, & eorum auctoritas expi-

ret *Rot. coram Buratt. dec. 479. per tot. & ita etiam declarauit Sac. Cong. teste Ricc. in Prax. for. eccl. p. 1. resol. 641.* Vnde si vacatio parochialis eueniat post annum à die celebratæ Synodi, licentiam deputandi examinadores extra synodū à Sac. Congreg. petere ordinarij consueuerunt, vt notat idem *Buratt. d. decis. 479. num. 12.* Annus verò celebrandi synodum non currere à die captæ possessionis Episcopatus, sed à die Synodi vltimo loco celebratæ, dicit *Massobr. d. requis. 12. Barbof. d. all. 60. nu. 50. & de offic. & pot. Paroc. cap. 2. n. 60. & 61.*

Addit tamen idem *Massobr. d. requis. 12. Galet. in Margar. Cas. cōs. ven. examinadores. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 60. nu. 49.* quod officium synodaliū examinadorū neque per mortem Episcopi, neque post annū suæ electionis expirat, sed semper pro legitimis habendi sunt, semperque durant, donec alij seruata forma Concilij fuerint electi: verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, & ita censuit *Sac. Cong. teste Garc. de Benef. par. 9. capit. 2. num. 8. & 73. & refertur inter dec. nouissim. p. 4. Diuers. decis. 51.*

3 Debent autē examinadores iurare, se quacunq; humana affectione postposita fideliter munus exequenturos *iuxta Conc. d. sess. 24. cap. 18.* & iuramentum necessario præstandum est tactis euangelij secundum *Garc. d. par. 9. cap. 2. num. 358. Massobr. requis. 14. dub. 1. Barbof. par. 3. d. all. 60. nu. 48.* Huiusmodi

di verò iuramentum non præsumitur tamquam solemnitas extrinseca, & ideò probari debet: alias nullus esset concursus. *Rot. coram Burrat. decis. 362. nu. 8.* probatur tamen per attestationem Notarij, ac etiam per litteras testimoniales ipsorum examinatorum, ut d. *Barbos. ubi supra, & decisum refert Massob. d. requis. 14. dub. 4.* Hoc autem iuramentum non est necessarium præstandum in quolibet examine, vel concursu, sed satis est iuramentum generale semel præstitum vel in synodo, vel extra synodum in manibus ordinarij, vel solius Notarij, ut decisum refert idē *Massob. loco cit. dub. 3. & notat etiā 6 Garc. par. 9. cap. 2. n. 359.*

4 Tenentur etiam facere relationem Episcopo non solum quoad scientiam, verum etiam circa mores, ætatem, & reliqua, & debent renunciare quotquot idoneos iudicauerint relicto iudicio eligendi magis idoneum soli Episcopo iuxta Concilium Tridentinum d. *sess. 24. de ref. cap. 18. & censuit etiam Sac. Cong. teste Garc. de Benefic. par. 5. cap. 7. num. 11.* Vnde si aliquem approbarent quoad solam litteraturam, talis approbatio non subsisteret *Rot. coram Burrat. decis. 90. Barbos. d. par. 3. all. 60. num. 95. Massob. requis. 4. dub. 2.*

5 Nec possunt quidquam prorsus occasione examinis nec ante, nec post accipere, alioquin Simonia vitium tam ipsi, quam alij dantes incurrunt, à qua absolui nequeunt nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocunque etiam ante obtinebant, & ad alia in posterum inhæ-

biles redduntur ex d. *Conc. loco cit. cap. 18.* cuius dispositionem procedere etiam in re modica, velleuis momenti etiam gratis, & liberaliter data, & ad captandam benevolentiam, dicit *Garc. de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 390. quem refert Bonacin. de Simon. disp. 1. q. 7. pun. 2. diff. 1. nu. 5. Barbos. de offic. & pot. Parochi cap. 2. num. 79. & 80.* quia Concilium prohibet, nè quidquã prorsus accipiatur, quamuis contrarium teneat alij Doctores, quos refert, & sequitur *Dian. par. 5. tr. 5. resol. 2. vers. non desinam,* qui putant, etiam in Simonia dari paruitatem materiæ.

Sed quæres, an possint in Synodo eligi plures examinatores etiam, ultra sex? Resp. affirmatiuè, non tamen plures, quam viginti admitti possunt ex decreto *Sac. Cong. apud Barbos. par. 3. all. 60. n. 47.*

Quæres 2, an requiratur nouum examen in eo, qui alias examinatus, & approbatus fuit ad aliud beneficium parochiale? affirmatiuè respondet *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 74. & alij commun.* quod procedit, etiam si esset famosissimus Doctor, qui cum maximo applausu per plures annos legerit, vel si esset Vicarius ipsius Episcopi, ut dicit *Quarant. in verb. Beneficiorum parochialium collatio, ubi refert ita declarasse Sac. Cong. ratio est, quia huiusmodi examen requiritur pro forma per Concilium Tridentinum d. *sess. 24. cap. 18. & per constit. Pij V. incip. Inconferendis, quam refert Quarant. in verb. Benefic. paroch. collatio.* Vnde collatio aliter facta esset nulla, & pro-*

uisus teneretur ad fructuum perceptoram restitutionem, ut decis. refert Ricc. in collect. dec. 712. p. 3.

Observat tamen idem Ricc. in Prax. ut supra par. 4. r. 70. quod in Curia semel examinatus, & ap probatus ad beneficiū simplex, Canonicatum, dignitatem, vel Curatum, non amplius examinatur ad simile. Sed hoc procedere potest, quando alio modo, quā per concursum beneficia parochialia conferuntur, ut colligitur ex decreto Sac. Cong. quod refertur inter Decis. nouissim. par. 4. diuers. dec. 32.

§. I I.

An à iure prescriptus sit terminus ad habendum concursum.

8 **E** piscopus habita notitia vacationis ecclesie parochialis edictum pro concursu proponere debet cum termino decem dierum, quem ex causa legitima ad alios etiam decem dies potest prorogare iuxta Conc. Tridentinum d. sess. 24. cap. 18. & constitutionem Pij V. incip. In Conferendis.

9 Potest tamen Episcopus aliquē admittere ad concursum, etiam si terminus ab ipso prefixus fuerit elapsus, & Aduersarius, qui comparuerat durante termino, contradicat: quod videtur suadere æquitas, & fauor ecclesie, cuius interest, ut plures oppositores concurrant Rot. in Calaguritana dimidiij beneficij 22. Aprilis 1602. coram Ortembergo, quam refert

Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 522. præsertim si legitime impeditus fuit, vel iustam habuit causam excusationis, vel rationem ignorantie, vel absentie, seu alterius impedimenti arg. cap. cum tua Qui matrim. access. poss. Barbof. de offic. Paroch. cap. 2. nu. 44. & 45. ubi refert, ita resoluiffe Rotam in Firmana Parochialis 6. Martij 1592. coram Gard. Pamphilio Sen.

10 Elapso termino edicti potest quidem Episcopus examen inchoare, non tamen illud eadem die claudere, ubi plures fuerunt descripti, sed sunt expectandi, vel vocandi: alioquin vitiatur concursus, si ex pluribus descriptis vnus, aut non omnes examinentur, eisq. minime expectatis claudatur concursus cap. fin. de elect. in 6. Seraphin. dec. 1148. numer. 5. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 51. Massobr. in Prax. habent. concurs. requis. 3. dub. 10. ubi etiam dicit, quod si nulla apposta est dies certa in edicto pro inchoando concursu, non potest inchoari examen absque citatione; vnde inoleuit consuetudo, ut oppositores descripti pro examine speciali monitione citentur ad certam diem. Subsisteret tamen examen factum ante lapsum termini in edicto expressi, si nullus postea compareat, ut tenuit Rot. in vna Carthaginen. Parochialis 9. Decembris 1588. coram Orano, quam refert Barbof. par. 3. d. all. 60. nu. 46. instar collationis factæ per ordinarium spreto patrono, quæ Patrono non com-

comparante intra tempus datum ad præsentandum, tenet, *ut dic. Garc. de Benef. par. 9. cap. 2. numero 326.*

13 Si verò vnus tantum descriptus fuerit, ille examinandus est, & si idoneus reperiatur, beneficium est ei conferendum, *ut censuit Sac. Congreg. teste Vgolin: de offi. & pot. E. sc. cap. 50. §. 10. n. 4. Garc. de Benef. par. 9. cap. 2. n. 215. Massobr. in Prax. habent. concurs. requis. 3. dub. 8. Barbos. d. all. 60. num. 51. ita etiam si plures fuerint descripti, & die præfixo pro concursu, & examine vnus tantum comparuerit reliquis legitimam excusationem, vel impedimentum minimè allegantibus, non est proponendum aliud editum, sed illi beneficium conferendum est, si in examine idoneus repertus fuerit, *ut similiter censuit Sac. Cong. referente Garc. d. par. 9. cap. 2. num. 215. & sequem. Massobr. in Prax. habent. concurs. requis. 3. dub. 7. secus esset, si alij descripti aliquod legitimum impedimentum deduxerint, quia tunc Episcopus tempus prorogare debet, *ut declarauit Sac. Cong. teste Loom. in Thes. for. eccl. par. 2. cap. 3. num. 55. & 56. Garc. d. p. 9. cap. 2. num. 215. Quarant. in ven. Benefic. Parochialiu collatio vers. Denique queritur.***

14 Sed quando nullus comparuit, aut certè nullus ex comparantibus vult subire examen, Episcopus alium terminum præfigere debet, seu aliud editum proponere; & si nemo adhuc comparret, vel nemo idoneus reperitur,

tunc poterit parochiale beneficium absque concursu conferri, *ut Barbos. de offi. & pot. Paroch. cap. 2. num. 51. Quarant. loco cit.*

15 Concursus autem huiusmodi omnibus liber esse debet: & ideo non potest Episcopus prohibere Curatis, nè accedant ad concursum aliarum parochialium ecclesiarum, *ut resoluit Sac. Congreg. Episcop. & Regul. die 26. Augusti 1591. referente Barbos. de offi. & pot. Paroch. cap. 2. num. 48.*

S. III.

An à iure præfixum sit tempus ad conferendum beneficia parochialia.

16 Ordinarij collatores ecclesias parochiales vacantes infra sex mensium spatium à die vacationis peracto examine iuxta formam Concilij Tridentini conferre tenentur, alias dicto sex mensium termino elapso sedi apostolicæ reservantur *ex citata constitutione Pij V. incip. In conferendis.* quando verò vacant parochiales in mēibus sedi apostolicæ reservatis, tenentur ordinarij intra quatuor menses à die illarum vacationis attestacionem examinis cum significacione personæ magis idoneæ electæ ad Papæ Datarium transmittere, alias elapsis quatuor mensibus, earum collatio, prouiso, institutio, & omnimoda dispositio sedi apostolicæ reservatur, *ut in d. constitutione Pij V.*

17 Potest autem Ordinarius beneficia

beneficia parochialia, seu curata, quae apud Sedem Apostolicam, seu in Curia vacare contigerit vacante eadem sede, liberè conferre, etiamsi vacent in Curia ipso Romano Pontifice viunte, si ante collationem Apostolica Sedes vacauerit *cap. si Apostolica de Praeb. in 6.* quemadmodum alia, etiam beneficia, etiamsi vacent in mensibus Sedis Apostolicæ, ab Episcopo eadem sede vacante conferuntur, donec nouus Pontifex Cancellariæ regulas iterum publicet: quia hæc mensium reseruatio est personalis, & ideo mortuo Papa expirat *Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. nu. 643. quem refert Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 11. num. 1. Gomez. in Reg. de Publican. resign. q. 6. vers. sed istis Barbof. de offic. & potest. episc. par. 3. all. 57. num. 62. & 192.*

18 Hoc tamen procedit, quando reseruatio inducitur in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, qualia sunt beneficia reseruata, ratione temporis, prout in *reg. 8. Cancellariæ*, tunc enim si talis vacatio contingat Sede Apostolica vacante, collatio ad Ordinarium spectat: quia regulæ Cancellariæ eo tempore iam expirarunt; secus esset, si reseruatio personæ possessoris adhæreat, vel ratione personarum, puta si erat familiaris Cardinalium, Collector, vel Subcollector: vel ratione ipsius beneficii, videlicet si esset prima dignitas, siue alio modo ratione rei affectum Sedi Apostolicæ: quia licet Sede Apostolica vacante, regulæ Cancellariæ tamquam au-

toritatis tunc destitute non inducant tempore vacationis reseruationem, non inde tamen reseruaciones prius viunte Papa, & regulis vigentibus inducæ desinunt, aut expirant, cum beneficium semel affectum semper remaneat affectum *extrauag. Ad Romani de Praeb. Gomez. in Reg. de Publ. resign. q. 6. vers. tamen contra prædicta Garc. par. 5. cap. 1. n. 789. Et ita resoluit Rota in Abulen. Parochialis 24. Ianuarij 1594. coram Corduba, & in Andrien. Archidiaconatus 5. Decembris 1625. coram Merlino, & in alijs, vt refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 57. num. 62. vers. fin.*

19 Itaque attendendum est, an qualitas inducens reseruationem semel detur stante, & vigente regula, quia tunc statim reseruatiōni est locus, & affectio inducitur: si verò non detur stante regula, sed postquam illa expirauit, tunc reseruatō locum non habet, nec afficit beneficium, *Aeneas de Falcon. de reseruat. 4. quæst. effect. 17. Gemin. conf. 93. nu. 15. quos refert, & sequitur Garc. de Benef. p. 5. c. 1. num. 791.* vnde neque illius beneficia erunt reseruata, qui sede uacante in familiā alicuius Cardinalis receptus fuit, & ea durante à seruitio discessit *Barbof. d. par. 3. all. 57. num. 110. vbi citat Mandos. ad reg. 32. q. 11. Anastas. Germon. de Indult. Cardin. 8. per quod sublati n. 99. Ioann. à Coch. in Probem. reg. Cancell. nu. 23.*

20 Cætera quoque beneficia infra sex menses conferenda sunt *cap. nulla de Concess. Praeb. huiusmodi*

di verò sex menses à die scientiæ vacationis computantur *cap. licet de supplen. negl. Prælat. 3. cap. quia diuersitatem in fin. de Cōcess. Præb. & decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 166: quod procedit, si Episcopus debitam suam professioni diligentiam adhibuerit visitando Diocesim iuxta tempus à sacra Tridentina synodo præscriptum in sess. 24. de ref. cap. 3. alias si negligens fuerit, sex menses prædicti currunt ab eo tempore, quo Episcopus potuit, vel scire debuit vacationem, vt decisum refert Barbof. d. par. 3. all. 58. num. 6. & all. 126. nu. 46. & seq. vbi id arbitrio iudicis remittit cōsiderata beneficij qualitate, vacationis modo, & tempore, ac distantia locorum. Vnde elapso dicto tempore non potest ordinarius amplius conferre, sed collatio deuoluitur ad Superiorem, *cap. 2. de concess. Præb. videlicet ad Archiepiscopum, & de Archiepiscopo ad Papam cap. licet de sup. plen. negl. Prælat. quemadmodum si Prælati Episcopo inferiores intra dictum tempus non conferant, potestas deuoluitur ad ipsum Episcopum, vt in d. cap. 2. de Concess. Præb. etiam si collatores essent Regulares clemen. vn. de supplen. negl. Præb. cuius dispositio procedit quoad eos Prælatos regulares, qui immediatè sub sunt Romano Pontifici, non vero in ijs, qui licet excepti sint à iurisdictione Episcopi, tamen immediatè non sub sunt Romano Pontifici, sed alteri Prælato: tunc enim talis potestas ex prædicta negligentia deuolui-**

tur ad huiusmodi Prælatum, vt post glos. ibidem in ver. Prælat. & alios obseruat Barbof. d. p. 3. all. 126. numero 69.

Secus esset, si ad inferiores, & Episcopum communiter spectaret collatio: quia tunc deuolutio non fiet ad Episcopum, sed potius ad Archiepiscopum tamquam ad proximum superiorem *cap. postulatistis de Concess. Præb.*

23 Idem dicendum, si ij, ad quos collatio spectat, prouident indignis, & incapacibus: hoc enim casu deuoluitur etiā potestas conferendi ad superiorem *cap. cum in cunctis §. fin. de elect. cap. si compromissarius eodem tit. in 6. & dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Garc. de benef. par. 10. cap. 3. n. 2.*

24 Quamuis autè presumatur notitia vacationis Beneficij in Prælato, qui residet in sua Diocesi, vt dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol. 184. hæc tamen notitia, seu scientia vti præsumpta non sufficit ad effectum deuolutionis; & ideo in tali casu certam in inferiori collatore scientiam esse, probandam tenuit Rota *dec. 186. par. 2. Recent. & in Bononien. Terrarum 20. Octobris 1582. coram Bubalo, & in firmana Beneficij 12. Maij 1595. coram Card. Blanchetto, quos refert Barbof. d. par. 3. all. 58. num. 18. & 19.*

25 Superior verò, ad quem fit deuolutio, habebit etiam sex menses ad conferendum à die deuolutionis, seu verisimilis notitiæ *Garc. par. 10. cap. 3. num. 11. Barbof. loco cit. all. 58. num. 11. & seq. vbi etiam dicit, quod si interim col-*

- latio fiat ab ordinario post incur-
sam deuolutionē etiam die mox
sequenti, non tenet *iuxta dec. Ro-
tae in Toletana Paroch. 17. Aprilis
1595. coram Card. Pamphilio*: in
conferendis enim beneficijs non
est locus purgationi morae, quia
elapsis sex mensibus fit exequu-
tio ab ipso iure, *vt dicit Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 2. resol. 253.* ita
etiā si patronus laicus intra qua-
drimestre non praesentauerit, E-
piscopus a tempore vltimae diei
quadrimestris potest infra seme-
stre beneficium conferre *Bisignet.
decis. 7. de Preben. Bellam. des. 107.
& decis. 212. Cantus. dec. 109. quos
refert, & sequitur Ricc. in Collect.
decis. 2453. par. 6.*
- 27 Verum si Episcopus intra sex
menses contulerit beneficium, &
prouisio ex aliqua causa non fue-
rit effectum sortita, vt quia pro-
uisus noluit acceptare, aut renun-
ciauit, aut decessit, aut quia col-
latio ob aliquod occultum vitiū
irrita fuit, non deuoluitur in
tali casu ad alium potestas prouid-
endi: quia iam Episcopus fece-
rat quidquid ad ipsum spectabat,
& ideo poterit Episcopus iterum
infra iuris terminum computan-
dum a die praedicti dissensus, re-
nunciationis, mortis, aut irrita-
tionis beneficium conferre ac si
vacatio noua esset, dummodō nil
fraudulenter gesserit in praemissis,
*vt est tex in cap. si electio de elect.
in 6.*
- 28 Nullum autem tempus Episco-
po habenti instituere praefixum
est, intra quod facienda sit insti-
tutio, sicut praefixum est collato-

ri ad conferendum, *vt obseruat
Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol.
260. vbi dicit, quod tex. in d. cap.
nulla de Concess. Prab. in quo pre-
figitur spatium sex mensium ad
conferendum, habet tantum lo-
cum in habente liberam potesta-
tem conferendi, non autem in
collatione necessaria, & ideo be-
neficium non esse deuolutum ex
eo quod ordinarius distulit insti-
tuere, resoluit Rota in Dertonen:
Iurispatronat. 8. Februarij. 1599.
coram Penia, vt refert idem Ricc.
in Prax. par. 4. res. 405. Barbof. p. 3.
all. 72. num. 191. & all. 126. nu. 52.
vbi alios refert: poterit tamen Ar-
chiepiscopus eius Metropolita-
nus eidem Episcopo praefigere
tempus, eiusque negligentiam
supplere; vel statim, ac Episco-
pus differt instituere sine causa
legitima, appellari potest ad Su-
periores a grauamine illato, vt
dicunt Doctores apud Ricc. loco cit.
res. 403. requiritur tamen trina in-
terpellatio, vt possit appellari a
retardata, seu denegata insti-
tutione, vt decisum refert Barbof:
d. all. 72. num. 193.*

Hoc tamen limitatur in Bene-
ficijs parochialibus iurispatrona-
tus tam ecclesiastici, quam laica-
lis: tunc enim institutio fieri
debet ab Episcopo intra duos
menses a die praesentationis, alias
deuoluitur ad Metropolitanum,
seu viciniorem ordinarium, aut
ad sedem apostolicā arbitrio Pa-
tronorum *iuxta citatam constitu-
tionem Pij V incip. In conferendis.*
29 Addit Ricc. in Prax. for. eccles.
par. 2. res. 260. quod neque est praefi-

fixum à iure tempus ad beneficia resignata ex causa permutationis conferenda: sed contrarium colligitur ex cōstitutione Greg. XIII. incip. *Humano vix iudicio*, quam refert *Quarant. in ver. Benefic. resignat. publicatio*, ibi, de beneficijs autem, quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum etiã Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab apostolica sede habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem sedis extra Romanam curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium uniuersum admissiois, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos faciendã erit) provisionis resignati beneficij iuxta apostolicas, & alias canonicas functiones omnino absoluant. ex qua quidem cōstitutione obseruant nonnulli recentiores, quod licet ordinarius debeat infra mensem admittere, vel reijcere Resignationem, nihilominus habet sex menses ad conferendum iuxta canonicas sanctiones, itã vt admissio, & reiectio censeantur restrictæ, & limitatæ ad mensem: at collationis tempus reguletur secundum dispositionem iuris communis in d. cap. nulla de Concess. Præb. & d. constit. Pij V. incip. *In conferendis*, itã *Massobr. in Prax. habent. concurs. requis. 7. dub. 1. quem refert, & sequitur Barbof. p. 3. alleg. 69. num. 51.*

30 His adde, quod neque ad possessionem beneficij per mortem vacantis, & ordinaria auctoritate collati vllum à iure tempus præ-

fixum est, licet possit beneficiarius ad id per Superiorem cogi, & ipso etiam beneficio priuari, vt dicit idem Ricc. in Prax. vt supra par. 2. resolutione 265.

§. IV.

An valida sit electio digni omisso digniore in Beneficijs parochialibus.

31 Communis est opinio, quod huiusmodi electio de digno omisso digniore valida est in foro fori, vt litium occasiones amputentur: quia alias omnis electio posset habere calumniam, itã *S. Th. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. Barbof. de offic. & pot. Paroch. cap. 2. nu. 98. & de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 60. num. 97. ubi citat Sot. lib. 3. de Iust. q. 6. ar. 2. & lib. 10. quest. 2. art. 3. Bann. de Iust. quest. 63. ar. 2. post dub. 3. vers. ad confirmationem Filiuc. tract. 4. de Benefic. capit. 4. à n. 177. Valent. 2. 2. disp. 5. quest. 7. punct. 2. S. secundo queritur vers. secunda assertio Iacob. de Graff. in aur. decis. par. 1. lib. 2. cap. 99. nu. 2. Flamin. de Resign. lib. 10. q. 11. nu. 36. Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 6. cap. 15. quest. 1. Rebell. de oblig. Iust. p. 1. lib. 3. q. 4. Rot. decis. 40. par. 1. Recent. & in Eugubina Parochialis S. Venetij 13. Ianuarij 1623. coram Remboldo: grauius tamen peccaret Episcopus conferendo ecclesiam parochialẽ digno omisso digniore, quia in tali casu violatur iustitia distributiua: iura enim præcipiunt, vt parochiales ecclesie dignioribus, ac magis idoneis con-*

ferantur, ut constat ex Conc. Trident. d. sess. 24. cap. 18. & ex citata Constitutione Pij V. incip. In conferendis, & ideo tenebitur digniori damnum refarcire, quod inde illatum illi fuit Sylu. in ver. restitutio 3. q. vlt. vers. Secundo Caiet. 2. 2. quest. 62. ar. 2. ad 4. Grat. decis. Rot. March. 97. quem refert. Ricc. in Collect. decis. 712. par 3. Dian. par. 2. tr. 15. ref. 40. excusabitur tamen Episcopus, si conferat dignioribus in Dicecesi existentibus: non enim tenetur perquirere extra suam, Dicecesim, ut meliores habeat, ut post Caiet. & alios dicit Barbof. d. all. 60. num. 99.

33 Dignior verò in hoc casu non simpliciter dicitur ille, qui doctior est, vel sanctior, sed is qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est, vtilior, & aptior eius ministerio apparet, S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. Rot. in Ravennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Arigonio, & coram Buratt. decis. 22. num. 29. ubi alie decisiones referuntur. in quo multum defertur iudicio Episcopi cap. in presentia de Renunc. vnde non est consideranda solum idoneitas respectu scientiæ, sed etiam respectu ætatis, morum, prudentiæ, & huiusmodi ad Ecclesiã parochialẽ gubernandã, ut constat ex Concil. Trident. d. sess. 24. c. 18. aliquando enim minus sciens, & minus sanctus melioribus præferendus est, quando magis conferre potest ad bonum commune propter potentiam, vel industriam sæcularem, vel propter aliquid hu-

iusmodi S. Thom. loco cit. d. ar. 2.
34 Quare nobilem ignobili præferendum esse dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 554. Barbof. d. all. 60. num. 101. ubi refert. itã tenuisse Rot. decis. 61. par. 1. Recentif. quia homines, & iura nimium tribuunt nobilitati l. 2. C. de offic. di. uer. Iud. l. potioris C. de off. Rect. Prouinc. item minus doctus, modò idoneus, cuius prudentia, ac mores sunt noti, præferendus est doctiori, cuius vita ignoratur, ut censuit Sac. Cong. teste Piassec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. num. 19. Ricc. in Prax. par. 3. ref. 521. Rot. d. decis. 22. numer. 29. coram Buratt.
36 Hinc etiam cuius extraneo ceteris paribus præferri debet, ut in cap. nullus inuitis 61. dist. capit. nõ pro defectu de elect. cap. bona memoria 2. §. intelleximus de Post. Pralat. & docent communiter Doctores, quia cuius in pluribus consuevit esse vtilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, & facilius ad residentiam inducitur S. Tho. loco cit. d. ar. 2. ad 4. latè Barbof. d. par. 3. all. 60. nu. 102.

37 Addit Ricc. in Prax. par. 1. ref. 654. ex decreto Sac. Congr. quod potest etiam ecclesia parochialis illi conferri, qui vnus tantum examinantis suffragium habuerit, si melius iudicio Episcopi ecclesiæ prouideri nequit.

38 In alijs verò beneficijs curam animarum non habentibus licitum est tam in foro externo, quã in foro conscientie eligere dignum. omisso digniore secundum receptam sententiam, quam tenet.

Man.

Naz. de Restit. lib. 2. cap. 2. nu. 172. Ledesm. in Sum. par. 2. tract. 7. c. 2. cōcl. 7. diffi. 15. Gutier. Can. qq. lib. 2. cap. 11. num. 12. Garc. de Benef. par. 7. cap. 16. num. 16. quos refert, & sequitur Dian. par. 2. tr. 15. ref. 38. vers. quarta opinio.

S. V.

Quæ ætas requiratur in electo ad Parochialem ecclesiam.

39 **A**D parochiale beneficium requiritur, quod electus ⁴⁰ compleuerit annum 24. & attigerit annum 25. atque infra annum à die possessionis pacificè acquisite numerandum ad sacerdotium promoueri debet, alias elapso anno ipso iure nulla etiã monitione præmissa priuatus est beneficio parochiali *cap. licet canon. & cap. commissæ de elect. in 6. & tenetur relinquere beneficium vna cum fructibus etiam ante Iudicis sententiam, si infra annũ ordinatus non fuerit Nau. in man. cap. 25. num. 118. & conf. 12. num. 2. de Rescript. quod procedit etiam si his deinde mota fuerit super beneficio: adhuc enim teneretur sub dicta pœna intra annum sacerdotium suscipere, dum modò per vnum, aut duos menses sine molestia beneficium possederit, vel habeat pacificè exercitium curæ, quamuis non possideat maiorem partem bonorum Sarnen: in reg. de Trienn. q. 53. vers. & ideo.*

41 Hæc tamen conclusio limita-

tur 1. quando Parochus legitimo impedimento detentus fuit, nè sacerdotium intra annum susciperet, puta quia Episcopus non potuit, seu noluit ordines conferre propter illitteraturam, vel aliam causam *d. cap. commissæ de elect. in 6. & censuit Sacr. Congr. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 84. & tunc cessante impedimento quoad vtrumque forum non alius annus integer dandus est ad sacerdotium suscipiendum, sed tantum temporis, quãto fuit impeditus Nau. conf. 1. de In integr. restit.*

⁴² Limitatur 2. in Capellania, requirente ordinem sacerdotalem; quamuis enim illam obtinens teneatur infra annum promoueri, tamen si intra dictum tempus promotus non fuerit, nõ priuatur beneficio ipso iure, sed per sententiam, & præmissa monitione superioris *cap. 1. de atat. & qual. Rot. in Tullen. Monasterij S. Mansueti 17. Martij 1597. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 367.*

Sed obserua, quod tunc datur annus obtinentibus huiusmodi Capellanas, quando verba foundationis non respiciunt actum collationis, vel præsentationis, secus quando ordo sacerdotalis, requiritur in ipso actu collationis seu præsentationis, vt si dicatur, quod præsentetur sacerdos, seu Capellanus, qui missas celebret, quia tunc nõ datur annus ad suscipiendum sacerdotium, sed requiritur, quod præsentatus de eo tempore sit actu sacerdos, quia

- qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus, verbi *l. in delictis §. 1. ff. de Noxall. Titius*: ubi Bart. ff. de milit. testam. Rice. loco cit. ubi etiam refert, ita tenuisse Rotam in Romana Capellania de Capizucchis 20. Nouembris 1563. coram Cotta, & in alia Romana etiã Capellania 19. Martij 1586. coram Card. Pamphilio.
- 43 Limitatur 3. quoad obtinentes Decanatum, Archidiaconatum, seu alias dignitates, vel beneficia, quæ curam animarum habent annexam; isti enim, quãuis vigesimum quintum ætatis annum attingere, & infra annum Sacerdotium similiter suscipere debeant iuxta text. in d. capit. licet canon, & cap. cum ex eo de elect. in 6. Conc. Tridentin. sess. 7. de ref. cap. 12. & sess. 24. cap. 12. non tamen tenentur in cõscientia elapso anno, & non suscepto sacerdotio relinquere beneficium, nisi præcesserit monitio, & Iudicis sententia cap. cum in cunctis §. in inferiora de elect. glos. in cap. licet canon. ver. priuatus eod. tit. in 6. Barbosa. de offic. Paroch. cap. 5. num. 10.
- 44 Hoc tamen Doctores intelligunt, si dignitati vnita sit parochialis & quæ principaliter: quia si accessorie sit vnita, eam obtinens non debet necessario attingere vigesimum quintum annum Galet. in Margar. Cas. Cõsc. ver. Parochus 6. Homobon. de Hum. vit. stat. p. 1. cap. 9. vers. secunda, & alij, quos refert, & sequitur Barbosa. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 65. in fin. & in d. cap. cum in cunctis §. in inferiora de elect. vn-
- de si parochialis vnita esset accessorie alicui Canoniatui Ecclesie Cathedralis, sufficeret ætas 22. annorum, quæ in Canoniatu collatione requiritur, ut censuit Sac. Congreg. teste Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 21. vers. ad dignitatem Barbosa. d. all. 60. num. 66. & seq. ubi etiam dicit, vigesimum secundum annum requiri in tali casu incæptum, non autem completum, ut resolut. Sac. Congr. referente Gratian. discept. 591. nu. 9.
- Immò sufficeret, ut prouisus sit in ea ætate, ut infra annum possit promoueri ad ordinem Canoniatui annexum iuxta Tridentinum sess. 24. c. 12. & censuit Sac. Congr. teste eodem Barbosa. d. all. 60. nu. 70.
- 45 Præterea tenetur etiam ad restitutionem fructuum perceptorum qui parochiale beneficium adeptus est animo dimittendi, & non suscipiendi sacerdotium, nisi mutata voluntate deinde intra annum ordinetur c. commissisa vers. ceterum de elect. in 6. quod intelligendum est, si animo absoluto mutandi statum id faciat, non tamen si animo dubio, & conditionali perseverandi in clericatu, nisi aliqua melior conditio mutandi statum se offerat Manarr. in Man. cap. 25. num. 118 in fin. & conf. 17. de Cler. non resid.
- 46 si verò suscipiat animo sumendi sacerdotium, & postea voluntate mutet, non tenetur quidem restituere fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit intentionem, sed tantum perceptos a tem-

- a tempore, quo voluntatem mutavit *glos. in dict. cap. commissa. ver. non intendens, & alij apud Barbof. de offic. Paroch. cap. 5. numer. 15.*
- 47 Hoc tamen non procedit in beneficijs, quę non habent annexam curam animarum, quales sunt Canonici in ecclesijs Cathedralibus, etiam si habeant annexum ordinem sacrum; siquidem iura solum statuerunt pœnam restitutionis contra Beneficiarium, qui recepit beneficium curatum sine tali intentione, & ideo tamquam pœnalia extra suum casum non debent extendi *Nau. loc. cit. Ricc. in Prax. ut supra par. 3. ref. 474.* peccaret
- 48 tamen mortaliter Canonicus nõ recipiens ordinem suo Canoniciatui annexum, quia non haberet intentionem seruandi sacros canones in re graui; & si intra annum non ordinetur, priuatur etiam voce in capitulo, & dimidia parte distributionum *iuxta clem. ut ij qui De atat. & qual. quam innouauit Conc. Tridentinum sess. 22. de ref. cap. 4.* immo in tali casu Episcopus illum priuare potest Canoniatu, & procedere potest ad priuationem etiam sine adiunctis, *ut censuit Sac. Congregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 592:* quod etiã
- 49 locum habet quoad Canonicos Ecclesię Collegiatę, si ex antiqua consuetudine, vel statuto aliquem sacrum ordinem habet annexum, *ut declarat textus in d. clem. ut ij qui, iuncta glos. in ver. annexi.* Vnde in tali casu prouisus de Canoniatu in ecclesia Collegiata eius debet esse ætatis, vt intra annum ad illum ordinem promoueri possit *iuxta Concil. d. sess. 22. cap. 4.* secus si nullum tale adsit statutum, vel consuetudo; quia tunc requisita ætatis quoad dignitates, & Canoniatu in Collegiatis Ecclesijs obtinentes remanent in dispositione iuris communis; quia Concilium in hoc nihil innouauit, *ut declarauit Sac. Congregatio referente Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. numer. 21.* & ideo in illis sufficit ætas 14. annorum *iuxta cap. super inordinata iuncta glos. in ver. pueri de Præben. etiam si completi non fuerint, modo sint incepti, ut censuit Sac. Congregatio Concilij apud Farinac. decis. 155. parte 4. Diuers. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 60. numero 75. & 76. Ricc. in Prax. parte 1. ref. 180.* potest tamen Episcopus cogere aliquos Ecclesię Collegiatę Canonicos ad sacrum ordinem suscipiendum, si eiusdem ecclesię necessitas id postulet *cap. queris de atat. & qual.*
- 50 Vltimò obseruant Doctores, quod etiam Canonicus coadiutor, si resideat, & inseruiat, debet esse constitutus in ea ætate, quę ad illum canonicatum obtinendum requiritur ita vt infra annum promoueri debeat ad ordinem suę præbendę annexum *iuxta Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. & sess. 25. de ref. cap. 7.* secus si nõquam

quam resedit, vel inseruiat: tunc enim non tenetur suscipere infra annum ordinem requisitum, cum non habeat exercitium coadiutoriae; quemadmodum habens curam habitam, & non actu non tenetur infra annum promoueri ad sacerdotium, ita *Barbos. de Canon. & dignit. cap. 29. numer. 37. & 49. & alij.*

§. VI.

An detur appellatio ab electione Episcopi.

51 **R**esp. dari quidem appellati-
onem ad effectum deuolutiuum
non autem quoad effectum suspē-
siuum; & ideo interim prouisus
appellatione pendente à paro-
chiali amoueri non debet, nè pa-
rochiales ecclesiae diu in suspen-
so remaneant, ut *Statuit Cōc. Tri-
dentinum sess. 24. de ref. cap. 18. &
Pius V. in d. constit. incip. In conse-
rendis: quod procedit, quando ele-
ctio, seu iudicium Episcopi esset
irrationabile, de quo euidenter
constare debet, alias appellatio
etiam quoad effectum deuoluti-
um denegatur ex d. constit. Pij V.
ut obseruat *Rot. dec. 40 sub. nu. 1. p.
1. Recent. Greg. decis. 11. nu. 1. & 2.
Marescott. var. ref. lib. 1. c. 52. n. 24.**

52 In duobus tamen casibus da-
tur appellatio tam quoad effectū
deuolutiuum, quam suspensiuum,
primò quando appellatur à sen-
tentia Metropolitanæ, seu alterius
Iudicis appellationis reuocatoria
electionis prius factæ ab ordina-
rio in concursu: nam in tali casu

Iudex appellationis non potest
exequi suam sententiam, nisi for-
tè tranſuerit in iudicatum *Bel-
trani. ad Greg. decis. 538. in fin. Ro-
ta coram Buratt. decis. 22. nu. 1. &
seq.* Secundò quando factò con-
cursu appellatur inter præsentat-
os, vel Patronos laicos super per-
tinentia Iurispatronatus, videli-
cet ab institutione facta ad præ-
sentationem alterius ex patronis:
tunc enim per appellationem,
etiam possessio suspendi debet, ut
*decisum refert Barbos. d. par. 3. all.
60. numero. 104.*

53 Adde quod etiam à reproba-
tione examinatorum datur ap-
pellatio quoad effectum deuolu-
tiuum à die scientiæ, ut *consuit
Sac. Cong. Concilij, quæ refertur in-
ter Decis. nouissim. Divers. part. 4.
decisio. 23.*

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia Iurispatronatus laicorum libera sunt ab omnibus reservationibus etiam in corpore iuris clausis.
- 2 Non præsumitur Papam velle derogare Iurispatronatus laicorum, nisi id expresse ex litteris constiterit.
- 3 Si prima dignitas esset de Iurispatronatus laicorum, reservatio regula 4. Cancellariæ istam non comprehenderet, sed aliam subsequentem.
- 4 An beneficium Iurispatronatus mixti sit exemptum ab huiusmodi reservationibus.
- 5 Quando Iurispatronatus censetur ecclesiasticum.

6 In

- 6 *Institutio facta ad presentationem aliquorum patronorum nõ seruata forma cap. fin. d. elect. est ipso iure nulla.* 19
- 7 *In beneficijs parochialibus de Iurepatr. laicorum non requiritur concursus.* 21
- 8 *Limitatur, quando Parochialis deuoluta est ad ordinarium.* 22
- 9 *Item limitatur, quando sunt plures presentati, & singuli haberent aequales voces.*
- 10 *Habens maiorem partem vocũ si subijceret se examini, sibi præiudicaret.* 23
- 11 *Si iuspatronatus competat pro medietate vni familiae, & pro altera medietate alteri competeret, præsetatus à maiori parte vnius vocis esset in pari gradu cum illo, qui est presentatus ab omnibus patronis alterius vocis.* 24
- 12 *Quando femine à iure presentandi excludantur.* 25
- 13 *In iurepatronatus familiae relicto femine non habent vocem in presentando.* 26
- 14 *Quando presentatus ab existente in quasi possessione præferatur presentato à vero Patrono.* 27
- 15 *Presentatus à pupillo, qui sit maior infante præferatur presentato à tutore.* 28
- 16 *Habilis præsetatus etiã à minori parte præferatur inhabili presentato à maiori parte.* 29
- 17 *Quando donatur vel legatur iuspatronatus familiae, omnes de familia succedunt in capita & non in stirpes, secus si succedatur iure hereditario, quia tunc in stirpes succeditur.* 30
- 18 *In parochialibus iurispatronatus ecclesiastici requiritur concursus.* 31
- An concursus requiratur si iuspatr. sit mixtum, & n. 20.*
- An Iuspatr. quod destructa ecclesia extinctũ fuit, illa reaedificata reuiuiscat.*
- Dotans insufficienter etiam de consensu episcopi iuspatr. non acquirit.*
- Qua sit dos sufficiens, & que insufficientis, ibidem.*
- An acquiratur Iuspatr. ex augmento dotis.*
- In casu amissionis dotis non potest alius de nouo dotare nisi prius requisito primo Patrono, an dotare velit.*
- Quando pluribus competat Iuspatronatus.*
- Quando ecclesia censeatur esse de iurepatronatus Vniuersitatis.*
- Non acquiratur iuspatr. nisi adsit consensus Episcopi: quando præsumatur consensus Episcopi, ibidem.*
- Patronus, qui erexit ecclesiam sine dote sufficienti potest cogi ad illam præstandam.*
- Quando ad id teneatur Episcopus, ibidem.*
- In Capellis constructis quando dos requiratur,*
- Quando reficitur ecclesia ex eadem materia, antiquus Patronus ratione lapidum, fundamentorum, & aliarum rerum, quae supersunt ex ecclesia destructa, remanet Patronus.*
- Quando ex refectione, seu reedificatione acquiratur iuspatronatus.*
- Delentes seu amouentes Patro.*

- ni insignia puniuntur arbitrio Iudicis . 45
- An Episcopus possit ea auferre, ibidem .
- 33 An per huiusmodi insignia probetur ius patronatus . 46
- 34 Et an probetur ex inscriptionibus antiquis . 47
- 35 Sepulchrum esse hereditarium probatur ex litteris sepulchro inscriptis . 48
- 36 Quando ius sepulchri alieni familiae concessa redeat ad ecclesiam .
- 37 Datur actio iniuriarum contra eos qui Patronorum sedes ab ecclesia remouent . 49
- 38 Ius procedendi, & sedendi in eminentiori loco an ad heredes extraneos Patroni transferatur . 50
- 39 Inter plures heredes, alijs tunc erit preferendus dignior .
- Quanda adsunt plures heredes, licentia remouendi sedes petenda est a digniori, non autem ab alijs . 51
- 40 Ad probandum ius patronatus quoad personas potentes seruanda est forma à Conc. Trid. praescripta in sess. 25. de refor. c. 9. 52
- 41 Talis forma ad unguem seruanda est, nec potest impleri per aequipollens . 53
- 42 Titulus Iurispatr. debet esse necessario uel ex fundatione, uel dotatione . 54
- 43 An dispositio Concilij procedat, quando concurreret maior, uel equalis potentia in ordinario. Et an procedat in uniuersitatibus paruis, ac sine iurisdictione, ibidem . 55
- 44 An decretum Concilij loco citat. procedat quoad probandum ius patronatus Priuatorum .
- Quid si Patronus in loco beneficij nunquam habuit iurisdictionem .
- Et an decretum Concilij locum habeat in Confraternitatibus .
- Quid si priuata familia haberet ius patr. simul cum familia potētī, uel uniuersitate .
- Et quid si plures familiae de aliqua uniuersitate pretenderent ius patr. uel si tale ius non totius Uniuersitatis, sed illius partis esse pretendatur .
- An seruanda sit forma à Concilio praescripta, si agatur non contra ecclesiam, sed inter ipsos Patronos .
- An Clericus Patronus ecclesiae, seu Capellae uacantis possit seipsum presentare .
- Si Clericus Compatronus praesentatus ab alijs electioni huiusmodi consentiat, uotum eius augebit numerum, debet tamen infra tempus datum ad praesentandum consentire .
- An ualeat mandatum datum ad praesentandum, antequam beneficium uacet .
- Intra quod tempus Patroni praesentare debeant, & an possint elapso tempore moram purgare .
- Potesť Episcopus lapsō tempore admittere Patronum ad praesentandum, sed haec prerogatio ualebit in praesudicium ipsius Episcopi, non autem in praesudicium superioris .
- Patronus laicus, non autem ecclesiasticus potest plures successiue, uel etiam unico contextu praesentare .

- 56 Poterit Patronus laicus variare intra quadrimestre, etiam si presentauerit indignum.
- 57 Patrono indignum presentante quando possit Episcopus ordinario iure beneficium Iurispatronatus conferre.
- 58 Quid si Patroni presentauerint aliquem non habentem qualitates requisitas in fundatione.
- 59 Patroni etiam ecclesiastici possunt iterum canonicè presentare, si actus prioris presentationis non fuit perfectus.
- 60 Non potest Patronus laicus variare ultra duas vices, sed tantum semel, vel iterum.
- 61 Quid si Patronus laicus in prima presentatione iurauerit, se alium non presentare.
An valeat actus factus contra proprium iuramentum, ibidem.
- 62 Si Patronus tantum iurauit non renocare, non dicitur contravenire per secundam presentationem.
- 63 Lite pendente inter presentatos non potest laicus variare.
- 64 An possit Patronus laicus à prioris presentatione recedere.
- 65 Patronus laicus potest variare tantum intra quadrimestre, secus eo elapso.
- 66 Aetas 14. annorum requiritur ad obtinendum beneficium Iurispatr. sine cura.
Et an annus 14. requiratur expletus, vel potius sufficiat incaptus, ibidem.
- 67 An possit presentari minor 14. annorum, si ita in fundatione cautum sit.
- 68 Fundator nō potest adijcere aliam quam conditionem naturae beneficij repugnantem.
- 69 Qua aetas requiratur, si in fundatione dicatur, Capellanum debere celebrare diuina officia, seu missas
- 70 Vtrum valeat presentatio de persona nondum attingente 14. annum.
- 71 An valida sit presentatio facta de laico, si statim postea assumat Clericatum.
- 72 Si Patroni discordent, & lis intra tempus datum ad presentandum non finiatur, potest Episc. liberè in tali beneficio instituire Rectorem sine praesudicio tunc uincens.
- 73 Limitatur, quando lis est inter Patronos, & Episcopum.
Quando Episcopus possit ponere Oeconomum, ibidem
Subditus litigans cum suo Episcopo potest impetrare exemptionem ab eius Iurisdictione lite pendente, ibidem.
- 74 Item limitatur supradicta conclusio, quando lis esset inter presentatos.
- 75 Si non constet de Iurepatr. Episcopus potest Ecclesiam ordinare non obstante contradictione pretensorum Patronorum.
- 76 Quando valeat collatio facta ab Episcopo intra tempus presentandi.
- 77 An ordinarius possit beneficijs o-nus imponere.
- 78 Iuspat. donari, vel legari non potest absque consensu Episcopi & ideo donans non obstante donatione poterit presentare.
- 79 Sufficit in hoc consensus Episcopi

- pi etiam tacitus, vel si postea
consensus huiusmodi superue-
nerit.
- ¶ Aliis consensus praesumitur ex lap-
su 30. annorum iuncta obser-
uantia, ibidem.
- 80 Consensus Episcopi non requiri-
tur, si Iuspatr. donetur Ecclesia. 94 Summa egestas quae dicatur.
- 81 Si laicus de consensu Episcopi ec-
clesiam monachis donaret, ex
tali donatione non solum trans-
fertur Iuspatr. sed etiam omnia
iura temporalia, quae habebat
Episcopus. 95 Huiusmodi alimenta debentur
Patrono habito respectu ad qua-
litate[m] persona[m], & ad facultates
seu fructus ecclesiae.
- 82 Episcopi consensus non est neces-
sarius quando Iuspatr. donatur
compatrono, secus si donetur fi-
lio Compatri Patri viuente.
- 83 An in fideicommissarium tran-
seat iuspatr. vel ius sepulchrorum.
- 84 An Iuspatronatus transeat ad
haeredes extraneos.
- 85 Quando Episcopus possit cogi ad
huiusmodi assensum praestan-
dum.
- 86 Ecclesia Patronum inopem alere
tenetur.
- 87 Quid si dos data à Patrono sit
perempta.
- 88 Et quid, si Patronus sit excom-
municatus.
- 89 Ecclesia tenetur alere Patronum
non solum de bonis à Patrono
relictis, sed etiam de alijs postea
acquisitis.
- 90 Haec conclusio procedit etiam si
Iuspatronatus alteri donauerit
- 91 Patrono debentur alimenta etiã
pendente lite super Iurepatr. te-
nebitur tam en illa restituere
si succumbat.
- 92 Supradicta conclusio intelligen-
da est, quando Patronus sum-
ma egestate laborat, ac deductis
oneribus beneficij, & expensis
necessarijs pro Ecclesia, & pro
substantiatione Rectoris.
- 93 Patronus pro consequatione ali-
mentorum praesertur Pensiona-
rio.
- 96 Si Iuspatr. spectet ad Vniuersita-
tem, ecclesia solos Rectores Vni-
uersitatis in tali casu alere te-
neretur.

C A P. VI.

De Iurepatronatus.

§. I.

An Beneficia Iurispatronatus sint
exempta à reservatione regula-
8. Cancellariae.

Dico 1. quod beneficia
Iurispatronatus laico-
rum, dummodò sint ex
fundatione, vel dotatione iuxta
Concilium Tridentinum sess: 25.
de Res. cap. 9. libera sunt ab om-
nibus reservationibus etiam in
corpore iuris clausis; & ideo
institutio fieri potest, prout quo-
tidie fit, ab ordinario, nec est
opus recurrere ad Papam pro il-
la obtinenda vigore praesentatio-
nis, latè Gonzal. super Reg. 8. Can-
cell. g. l. 18. num. 2. & seq. Germon.
de indult. Cardin. 5. volumus au-
tem n. 29. Staphil. de mod. & form.
im-

impetran. § sequitur videre nu. 7.
 & 9. Rot. coram Greg. decis. 48. n. 3.
 & coram Martin. Andr. dec. 22.
 num. 6. & in Barchinonen. Iurisp.
 patronatus 3. Aprilis 1645. coram
 Corrado, quam refert Diam. post 8.
 par. ref. mor. quod procedit, etiã
 in reservatione adfit clausula,
 motu proprio, aut illa verba, ad
 cuiuscumque collationem, pro-
 visionem, electionem, præsen-
 tationem, & quãvis aliã dispositio-
 nem pertineant, ut dicit Doctores,
 quos refert, & sequitur Barbof.
 de offic. episc. p. 3. all. 57. n. 26. quia
 nunquam præsumitur, Papam hu-
 iusmodi iuripatronatus derogare,
 nisi id expressè ex litteris cõ-
 stiterit Staphil. loco cit. Couar. pra-
 ctic. qq. cap. 36. num. 1. Ricc. in Col-
 lect. decis. 2453. par. 6. & alij com-
 munitè. Vnde si contingeret,
 primam dignitatem esse de iure
 patronatus laicorum, reservatio
 regula quartæ Cancellariæ istam
 non comprehenderet, sed aliam
 subsequentem Barbof. d. all. 57. n.
 102. ubi alios refert.

4 Dico 2. quod hac etiam ex-
 ceptione gaudet beneficium iuris-
 patronatus mixti, hoc est partim
 laicalis, & partim ecclesiastici:
 tum quia in favorabilibus attẽ-
 ditur qualitas laicalis, tum etiam
 quia propter mixturam Clerici
 non debet priuari laicus iure suo
 Garc. de Benef. par. 5. cap. 1. n. 582.
 ubi refert plures Rotæ decisiones
 Card. Cavalier. dec. 547. num. 5. &
 decis. 571. num. 1. Ricc. in Prax. for.
 eccles. par. 3. ref. 386. Andr. d. decis.
 22. num. 6. & seq. hoc tamen pro-
 cedit, quando Patroni laici ha-

bent maiorem, vel saltem equa-
 lem partem vocum; secus esset,
 si pars vocum Patronorum ec-
 clesiasticorum esset maior, & po-
 tentior, veluti si iuripatronatus
 ad vnum laicum, & ad duos cle-
 ricos ratione ecclesiarum spe-
 ctaret: tunc enim censeretur iurip-
 patronatus ecclesiasticum, cum
 à potentiori fiat denomina-
 tio, & per consequens caderet
 sub reservatione Gonzal. ut sup.
 glos. 18. num. 8. & seq. Couar. loco
 cit. num. 5. Card. Cavalier. d. decis.
 547. nu. 2.

Sed quæres, quando iuripatro-
 natus censeatur ecclesiasticum?
 Resp. iuripatronatus dici eccle-
 siasticum, quando ex bonis ec-
 clesiæ beneficium fundatur, vel
 dotatur: vel quando ratione ec-
 clesiæ competit alieni Gonz. d.
 glos. 18. num. 5. Barbof. de offic. &
 pot. Episc. par. 3. all. 72. numer. 128.
 vel quando à laico donatur ec-
 clesiæ cap. vn. §. fin. & ibi glos. &
 DD. de iurepatr. in 6. Andr. d. dec.
 22. num. 7. & seq. Cavalier. dec. 278.
 num. 3. quemadmodum è con-
 uerso iuripatronatus ecclesiasticum
 transiens ad laicos permutatio-
 ne, vel alio titulo oneroso ac-
 cedente Superioris auctoritate,
 efficitur laicale, ut decisum re-
 fert Barbof. loco cit. quicquid dicit
 Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref.
 143. qui censet, iuripatronatus
 fundatum de proprijs bonis siue
 à clericis, siue à laicis semper di-
 ci seculare, etiam si relinquatur
 ecclesiæ.

6 Quæres 2. an valida sit institu-
 tio facta ad præsentationem, &
 in-

instantiam aliquorum Patronorū non proposito publico edicto, nec causa discussa secundum formam præscriptam in c. fin. de elect. in 6. Resp. institutionem in tali casu esse ipso iure nullam, & inuvalidam: quamuis enim text. in d. cap. fin. loquatur de electione, habet tamen locum etiam in præsentatione secundum glos. ibidem in ver. electione, & Doctores omnes, ut obseruat Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. numer. 24.

§. II.

An beneficia parochialia Iurispatronatus conferri debeant per concursum.

- 7 **D**ico I. quod in Parochialibus de Iure patronatus laicorum non requiritur cōcurfus, sed sufficit, quod præsentatus à Patronis examinetur ab examinadoribus in Synodo deputatis, & si idoneus reperitur, est admitrendus, & instituendus iuxta Conc. Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 18. & pluries resoluit Sacra Congregatio Concilij, ut refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 519. Piafec. in Prax. episc. par. 2. c. 5. num. 18. ver. in curato.
- 8 Hanc tamen conclusionem limitant Doctores, quando parochialis de Iure patronatus laicorum deuoluta est ad ordinarium: quia tunc per concursum est conferenda iuxta decretum Sac. Congregationis apud Barbof. de offic. Paroch. cap. 2. num. 131.
- 9 Limitant secundo, quando sūt

plures præsentati, quia tunc etiā inter ipsos tantum debet fieri concursus, ut eligatur magis idoneus, ut censuit Sac. Congregat. Concilij apud Greg. d. decis. 494. num. 2. Ricc. loco citato Piafec. vbi supra num. 18. quod intelligendum est, vbi singuli præsentati haberent æquales voces, alias si vnus haberet plures voces, ille solum est examinandus absque concursu aliorum Rot. decis. 117. par. 2. in nouis. & coram Mantie. decis. 86. & coram Seraphin. decis. 875. & coram Durano decis. 44. num. 10. & in Compostell. Parochialis 20. Febr. 1630. coram Merlino, & in Pampilonen. Parochialis 26. Julij 1626. coram Buratto, quas refert Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. all. 72. num. 197.

10 Obserua tamen I. quod si habens maiorem partem vocum se subiceret examini, & concursui, sibi præiudicaret; quia faceret se parem, & perinde habendus esset, ac si haberet pares voces, ut decisum refert Beltramin. ad Greg. d. dec. 494.

11 Obserua 2. quod si Iurispatronatus pro medietate vni familiæ, & pro medietate alteri competere, tunc præsentatus à maiori parte vnus vocis esset in pari gradu cum illo, qui præsentatus est ab omnibus Patronis alterius vocis Card. Caualer. decis. 519. num. 4. Quare si vna familia præsetaret V. G. Petrum, & duæ voces alterius familiæ, quæ in octo voces diuisa sit, adhereret eidem Petro, non ex hoc diceretur præsentatus à maiori parte: quia aliter

sex

- sex voces alterius familiae representant integram portionem, ut d. Add. ad Buratt. dec. 942. num. 5.
- 12 Obserua 3. quod ubi adest statutum excludens feminas, dotatas ab hereditate Patris, tales feminae ius praesentandi non habent, dummodo sint dotatae de bonis illius, a cuius hereditate excluduntur, ut post Lambert. & alios dicit Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 49. num. 20.
- 13 Obserua 4. quod in iure patronatus familiae relicto feminae non habent vocem in praesentando, quemadmodum ad fideicommissum familiae relicto feminae minime admittuntur, etiamsi essent agnatae, ut decisum refert Ricc. in in Prax. par. 3. resol. 580. quia feminae non veniunt appellatione familiae l. pronuntiatio §. familiae, & l. seq. ff. de Verb. sign. praesertim si loquamur de feminis nuptis, quae transeunt in familiam viri l. quicumq. C. de re milit. lib. 12. & ideo femina nupta excluditur a substitutione, in qua vocantur proximiores de agnatione, ut decisum refert idem Ricc. loco cit.
- 14 Obserua 5. quod praesentatus ab existente in quasi possessione, iuris praesentandi praesertur praesentato a vero patrono, dummodo sequatur institutio, antequam de proprietate constet: secus esset, si ante institutionem constaret de proprietate, quia tunc proprietatis causam possessionis absorberet cap. consultationibus de iur. patr. Catus. dec. 167. Bisignet. dec. 5. de Preben. Aldobrandin. dec. 228. quos refert, & sequitur Ricc. in Collect. dec. 2453. par. 6. ubi etiam dicit, quod haec quasi possessio non acquiritur per praesentationem, nisi subsequatur institutio.
- 15 Obserua 6. quod praesentatus a pupillo, qui sit maior infante, praesertur praesentato a tutore, Ricc. in Collect. decis. 278. p. 2. Coccin. dec. 477. n. 2.
- 16 Obserua 7. quod habilis praesentatus a medietate, vel a minori parte praesertur inhabili praesentato ab altera medietate, vel etiam a maiori parte: quia totum ius est eorum, qui habilem praesentarunt Rot. coram Card. Causaler. dec. 231. nu. 1. & 2.
- 17 Obserua 8. quod quando donatur ius patronatus familiae, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes, ut decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 201. & par. 3. ref. 587. ubi idem dicit, si in iure patronatus succeditur iure legati; secus si succedatur iure hereditario: quia tunc in stirpes, non autem in capita succeditur per tex. in Clem. plures de iur. patr.
- 18 Dico 2. quod in Parochialibus iuris patronatus ecclesiastici requiritur concursus iuxta Concilium d. c. 18. & resoluit Sac. Congr. teste Piasec. in Prax. Episc. par. 2. c. 5. num. 17. in fin. Rota in Florentina parochialis 28. Maij 1599. coram Iusto: quod etiam procedere in beneficio iuris patronatus mixti dicit Beltramin. ad Greg. dec. 494. num. 6. immo addit Barbos. d. par. 3. alleg. 60. num. 17. quod forma examinis per concursum seruanda est, etiamsi ius patronatus pro

pro duabus partibus pertineret ad laicum, & pro vna tantum ad ecclesiam. Sed contrarium nouissime resoluit Sac. Congr. Concilij in vna Pisana sub die 5. febr. 1628. videlicet non requiri concursum in collatione ecclesie parochialis Iurispatronatus mixti, idest partim ecclesiastici, & partim laicalis, ut refert idem Barbof. qui propterea a prima opinione in vltima impressione recessit.

S. III.

An iuspatronatus, quod destructa ecclesia, vel Capella extinctum fuit, illa reedificata reuiuiscat.

21 **A**lij negat, etiam si reficiatur ecclesia ex eadem materia; putant enim, omne ius, quod quis in priori ecclesia habebat, ea semel destructa periisse. ita glos. in cap. 3. ver. fundatores, & ibi Barbof. num. 8. de Iurep. & communere dicit Roch. de Curt. eod. tit. in ver. construxit num. 14.

Alij vero contrariam sententiam tuentur: Dico igitur quod primus patronus ratione fundi adhuc esset Patronus in ecclesia reedificata, si super eodem fundo reedificetur: idemque dicendum est de Patrono ratione dotis, dummodo sufficienter dotauerit iuxta glos. communiter receptam in c. quicunque 16. q. 7. quamuis enim Vulp. in Prax. iudic. cap. 49. num. 6. teneat, quod si Episcopus consentiat constitutioni dotis incongrue,

illamque approbaverit, adhuc iuspatronatus acquiritur: nihilominus contraria sententia verior videtur, ut scilicet dotans insufficienter etiam de consensu Episcopi iuspatronatus minimè acquirat, ut cum alijs sentit Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 70. n. 11. & 12. ubi etiam refert Sac. Congr. ac Rote Romanae decisiones. remittitur autem arbitrio Iudicis, quæ sit dos sufficiens, & quæ insufficientis, ut dicunt Doctores communiter.

23 Ex quo fit, ut neque acquiratur iuspatronatus ex augmento dotis, nisi constet, dotem primam fuisse amissam, & nouam sufficientem constitutam Roch. da Curt. loco cit. num. 14. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 161. & in collect. de cis. 2453. par. 6.

24 Obserua tamen, quod in hoc casu amissionis dotis non potest alius in præiudicium primi patroni de nouo dotare absque illius consensu, & eo prius non requisito, an dotare velit, Abb. in cap. 3. num. 9. ver. item debet requiri de iurepatr. Host. ibidem numer. 4. ver. sequum est, & alij, quos refert & sequitur Barbof. d. all. 70. n. 16.

25 Quare si ecclesia, vel Capella reperiatur constructa sine dote, dotans illam sufficienter efficeretur Patronus ratione dotis vna cum alijs, qui grant Patroni ratione fundationis, & constructionis, etiam sine expressa reservatione glos. in c. pie mentis 16. q. 7. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. num. 5. & 6. Card. Caualer. decis. 265. num. 4. & hoc procedit etiam, quando plures

res simul dederunt dotem sufficientem, licet quilibet modicum, quia tunc omnes erunt Patroni: & idem dicendum est, si plures dederunt fundum, vel plures construxerunt *Abb. in rubr. de Iurepatr. num. 6. Sylu. in ver. Iuspatronatus num. 2. & alij apud Barbof. loco cit. d. all. 70. num. 11.* & ideo si alter dedit praparamenta in constructione, & alter operas, omnes iuspatronatus acquirunt *Io. Andr. in cap. nobis num. 6. eod. tit. de Iurepatr.*

26 Secus effert, si ecclesia constructa, vel dotata sit ex eleemosinis relictis, seu donatis per singulares de vniuersitate: tunc enim ecclesia erit libera, nec esset de iurepatronatus singulorū, nec vniuersitatis *Caualer. dec. 159 num. 9.* nisi fortè fundata, vel constructa, aut dotata sit à Ciuitate, populo, plebe, vel vniuersitate ratione communitatis, & eius nomine, *vt cum Lambert. obseru. Barbof. d. all. 70. numero. 11. post med.*

27 Nulli autem acquiritur Iuspatronatus ex causa constructionis, seu foundationis, aut dotationis, nisi id fiat auctoritate Episcopi *cap. nobis de Iurepatr.* Vnde si quid horum fieret sine Ordinarij consensu, reliquū habentes consensum, essent Patroni. *Io. Andr. in d. cap. nobis num. 6.* prapsumitur tamen ex cursu decem annorum interuenisse consensum. Diocesani in constructione ecclesie, vel Capellæ, quando in ea publicè sunt celebrata diuina, *late Gabr. de Prapsumpt. concl. 1. n. 1*

& 9. item probatur talis consensus ex ædificatione Capellæ cum insignibus, & armis, & ex visitatione eiusdem Capellæ vti de Iurepatronatus, *vt decisum nescit Ricc. in Prax. par. 3. ref. 29.*

Quæres, an Patronus, qui ædificauit ecclesiam, seu Capellam sine dote sufficenti pro victu Sacerdotis, pro luminarijs, fabrica, & alijs necessarijs, possit ad hæc præstanda adhuc compelli.

28 Resp. affirmatiuè, etiam si ecclesia fundata fuerit auctoritate Episcopi sine huiusmodi dotis assignatione *glos. in cap. nemo ver. custodum de consecr. dist. 1. vbi etiam dicit, quod ad hæc hæres etiam fundatoris tenetur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 338. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 64. num. 16. Bellett. tit. de cler. debit. §. 15. num. 2. & 3. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49. nu. 6.* alias non dotando amittit Iuspatronatus *Barbof. & Ricc. locis cit.* si verò fundator, & eius hæredes non sint soluendo, ad id tenebitur Episcopus; quia non aliter suum consensum foundationi ecclesie præstare debet, quam illi assignata dote *cap. cum sicut iuncta glos. de Consecr. eccles. Pi. sec. in Prax. Episc. par. 1. cap. 5. num. 2.* quemadmodum tenetur etiam prouidere illi, quem ordinat sine titulo *iuxta cap. cum secundum de Præb.* Quoad Capellas verò in ecclesijs constructas requiritur dos in ijs tantum, quæ constructæ sunt pro celebratione missarum, non autem si constructæ sint ad ornatum ecclesie: tunc enim sufficit, ecclesiam

G g suis

fuisse dotatam iuxta veriorē
opinionem, quā sequitur Genuens.
in Prax. Archiep. cap. 91. num. 1. &
alij.

- 30 Dico 2. quod quando ecclesia
reficitur ex eadem materia, an-
tiquus Patronus ratione lapidū,
fundamentorum, lignaminum,
& aliarum rerum, si quæ super-
sunt ex ecclesia destructa, rema-
nebit Patronus, & nouus reedifi-
cator ratione reliquarum expē-
sarum ius patronatus acquirat, &
erunt simul Patroni ex hac cau-
sa constructionis, vt constat ex
prædictis, & d. Lambert. de Iu-
repatr. lib. 1. par. 1. q. 6. princ. art. 4.
nu. 8. & seq. Quod autem acqui-
ratur Ius patronatus ex refectione,
vel reedificatione, decisum
refert Ricc. in Collect. decis. 485.
quod intellige tribus concurren-
tibus conditionibus, primò, vt
ad sit consensus Episcopi, secun-
dò vt ecclesia funditus sit destru-
cta: tertio, vt totaliter restaure-
tur iuxta glossam d. cap. 3. ver. fun-
datores, & ibi Barbof. num. 7. de
Iurepatr. vnde non sufficeret fū-
dare, & construere ecclesiam,
sed requiritur illius perfectio: &
ided si quis cepit tantum ædifi-
care ecclesiam, & alius perficiat,
perficienti acquiratur ius patro-
natus, idem Barbof. de offic. & pot.
Episc. par. 3. all. 70. num. 8. vbi ci-
tat. Garo. de Benef. par. 5. cap. 9. nu-
mer. 44. Zech. de Benefic. cap. 12. n.
2. & alios.

§. IV.

An ab ecclesia amoueri possint Pa-
troni insignia absque eiusdem
Patroni licentia.

- 32 **R** Esp. absque Patroni iniuria
amoueri, seu deleri non
posse Bart. in l. 2. §. nec eius nomi-
ne ff. de oper. publ. Cepoll. de seruit.
Urban. præd. cap. 71. de Pictur. nu.
10. Gratian. discept. 210. num. 49.
vnde delentes, seu amouentes si-
ne licentia Patroni puniuntur ar-
bitrio Iudicis, etiamsi esset Re-
ctor, seu Administrator ecclesiæ
Cepoll. loco cit. Genuens. in Prax.
cap. 91. num. 3. Paris. cons. 149. nu-
mer. 12. par. 4. Ricc. in Prax. for. ec-
cles. par. 1. ref. 578. immò nec Epi-
scopus potest ea auferre, nisi gra-
uissima causa id postulet, etiamsi
familia esset extincta, vt trad.
idem Ricc. in Prax. par. 4. ref. 278.
presumitur enim, huiusmodi insi-
gnia fuisse apposta per Patronū
ad conseruationem sui iuris Rip.
in cap. cum ecclesia nu. 97. de caus.
33 possess. & Propriet. nam per talia
insignia alicuius familiæ sculpta
in ecclesia probatur Ius patrona-
tus. Rot. dec. 518. p. 1. Recent. quam
refert Barbof. de offic. & pot. Episc.
par. 3. all. 72. num. 50. quod intel-
lige concurrentibus alijs admi-
niculis, vt d. Ferentill. ad Burat.
decis. 323. num. 20. vbi plures Rotæ
decisiones refert, vnde probaretur
Ius patronatus, si constaret, talia
insignia apposta fuisse in funda-
tione, vel esse ita antiqua, sicut
est

- est ecclesia: alias enim potuerit apponi ob restaurationem, vel elemosinam, ex quibus non acquiritur ius patronatus *Rot. coram Gard. Caualer. decis. 159. n. 8. & 9.*
- 34 Idem dicendum est de inscriptionibus antiquis, & publicè patèribus, ex quibus etiam probatur ius patronatus, *Rota coram eodem Caualer. decis. 378. n. 1.* què admodum etiam probatur, sepulchrū esse hæreditarium ex litteris sepulchro inscriptis, *ut d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 575. ubi citat spec. in tit. de probat. versic. 6. Cast. in l. st. sepulchrum C. de Relig. & sumpt. fun. Vnde contra amouentes insignia, siue inscriptiones ab huiusmodi sepulchris datur actio iniuriarum, & officium Iudicis, idem Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 578.*
- 36 Obserua tamen, quod licet in sepulchro alicui familiæ concessa acqueant clerici seculares, ac regulares alium ea inuita sepelire ad l. hæredes ff. de usu & usufr. leg. c. Ebron. 13. q. 2. nihilominus si omnes de familia decesserint, usus huiusmodi sepulchri alijs concedi possit: quia per extinctionem familiæ tale ius redijt ad ecclesiam, sicut per mortem usufructuarius, eiusque descendendum redit usufructus ad proprietarium l. corruptionem C. de Usufr. ita Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 278. & 294. numero 44.
- 37 Cōtra eos quoque datur actio iniuriarum, qui Patronorum sedes in ecclesia positas absque eorum licentia remouent *Lauor. var. & lucubr. to 1. tit. 2. cap. 10. nu. 17. &*

18. *Gratian. discept. 210. num. 32. et seq.* debetur enim Patrono etiam laico non solum ius præsentandi, sed etiam ius præcedendi, & sedendi in eminentiori loco c. *decernimus 16. q. 7. cap. nobis ubi glos. de Iurepatr. Paris. conf. 149. num. 3. p. 4.* nec requiruntur plures actus ad huiusmodi possessionem acquirendam, sed sufficit vnicus actus *Me. noch. conf. 126. nu. 6. vol. 2. Gratian. discept. 110. num. 17.* quod quidem ius per successionem etiam in hæredes extraneos transfertur, c. 1. de Iurepatr. clem. fin. & ibi glos. in ver. hæred. cod. tit. & si plures repèriantur hæredes, alijs tunc erit præferendus dignior *arg. l. fin. ff. de fid. Instrum. Paris. d. conf. 149. n. 7. & 8. Gratian. discept. 110. n. 15.* hoc autem ius in ecclesia laici nō acquirunt inuito Episcopo, sed solum ex tolerantia, & gratia, *ut d. Abb. in cap. abolenda nu. 5. de sepult. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 78. num. 26.*

Sed quæres, à quo petenda sit huiusmodi licentia, quando sunt plures hæredes? Resp. huiusmodi licentiam à digniori, non autem ab alijs esse petendam, *ut d. Paris. d. conf. 149. num. 25.*

S. V.

De forma præscripta à Concilio ad probandum Ius patronatus spectans ad Personas potentes, seu Vniuersitates.

- 40 **A**D probandum ius patronatus ex fundatione, vel dotatione quoad personas potentes

G g 2 seu

feu vniuersitates certam formam præscripsit Concilium Tridentinum propter presumptam vsurpationem vt videlicet præter immemorabilem, præsentationes etiam continuata non minori salute, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortita sint authenticis scripturis probetur, 44
ut in sess. 25. de ref. cap. 9.

41 Talis autem forma à Concilio præscripta ad vnguem seruanda, est tã in [petitorio, quam in possessorio: & idèd. nõ. sufficeret probare præsentationes. per testes, de quibus Concilium non confidit, nec per aliud æquipollens, sed requiritur probatio per instrumenta, seu per scripturam, itã censuit Sac. Cong. apud Farin. decis. 42. & 216. par. 4. Diuers. Beltramin. ad Greg. decis. 222. num. 11. & plures Rote decision. refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. num. 55. & seq.

42 Titulus, verò Iurispatronatus debet esse necessariò, vel ex fundatione, vel ex dotatione: quia iurispatronatus ex priuilegio per Concilium loco cit. iam fuit reuocatum Rot. coram Card. Caualer. decis. 265. num. 2. & seq. etiam si in priuilegio dicatur, quod iurispatronatus censi debet ac si ex vera, & reali dotatione, ac fundatione competeret Rot. decis. 88. num. 2. & 3. par. 1. in Recent. quam refert Beltramin. ad Greg. dec. 397. num. 6. & coram Andrea dec. 100. nu. 14. vbi alia decisiones allegantur.

43 Addunt DD. dispositione Concilij d. cap. 9. procedere, etiam si

concurreret maior, vel æqualis potentia in ordinario, vt decisu refert Beltramin. ad Greg. d. decis. 222. num. 11. & idèd. locum habere etiam in vniuersitatibus paruis, vel sine iurisdictione sepius resoluit Rota apud Barbof. d. alleg. 72. numero 62.

44 Limitant tamen hoc decretum non habere locum quoad probandum iurispatronatus priuatorum, quorum respectu Concilium nihil innouauit, sed reliquit dispositioni iuris communis, vt constat ex eodem Conc. ibi secundum iuris dispositionem, & dixit Rota dec. 331. par. 2. diuers. Card. Caualer. decis. 560. num. 1. & idèd. probata præscriptione immemorabili iurispatronatus priuati præsumitur ex fundatione, vel dotatione. Ricc. in Collect. dec. 2162. par. 6. & declarauit Sac. Cong. teste Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. n. 7.

45 Secundo limitant, vbi patronus in loco beneficij non habet, nec vnquam habuit iurisdictione, prout requiritur ad hoc vt aliquis dicatur potens, & locum habeat præsumptio vsurpationis iuxta terminos Sac. Concil. Tridentini Rota in Cracouien. Decanatus 10. Decembris 1603. coram Iusto, & in Bonon. iurispatronatus 16. Ianuarij 1608. coram Sacrato, & coram Card. Caualer. dec. 89. num. 1. & in Lucana iurispatronatus 26. Iunij 1619. coram Dunozetto, quas refert Beltramin. loco cit.

46 Tertiò limitant in Confraternitate, in qua non habet locum talis præsumptio, cum Confraternitas non constituat aliquod Col-

le-

legium publicum cum iurisdictione, seu potentia, sed potius sit priuata quaedam Congregatio personarum ad exercitium pietatis instituta *Rota in Bergomen. Capellania 18. Maij 1629. coram Merlino, & in Lauden. iurispatronatus 28. Iunij 1630. coram Pirouano, ut refert Barbof. d. par. 3. all. 72. nu. 64.* ubi etiam dicit, quod talis presumptio cessat in monasterio, seu ecclesia Domina Caltri.

47 Quarto limitant, si priuata familia habet iurispatronatus simul cum familia potenti, vel vniuersitate: quia cum pro vna parte cesset presumptio vsurpationis, cessare etiam videtur pro alia parte spectante ad personas suspectas *Rota coram Cavaler. decis. 89. nu. 2. & 3. & in Firmana Altaris de Dorijs 15. Febr. 1610. coram Marquemontio, quam refert Beltram. loco cit. d. n. 11. in fin.*

48 Quinto limitant, quando plures familiae de aliqua vniuersitate prætenderent iurispatronatus, vel si tale ius non totius vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur *Beltramin. ibidem, ubi refert ita resoluiffe Rotam in Lucana iurispatronatus de Podijs 31. Ianuarij 1620. coram Dunozezzo, & censuit Sac. Cong. teste Barbof. d. p. 3. all. 72. nu. 64.*

49 Sexto limitant, si agatur non contra ecclesiam, sed inter ipsos Patronos *Rota coram Andrea dec. 5. n. 4. Barbof. loco cit. n. 67. ubi alias Rotæ decisiones refert Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. nu. 7. vers. non tamen.*

S. h. VI.

An Clericus Patronus ecclesie, seu Capella vacantis possit seipsum presentare.

50 **R**espondet Lambert. de iurepatr. part. 1. lib. 2. q. 8. art. 2. quod Clericus Patronus potest seipsum presentare in beneficio simplici, seu in personatu non habente magnam, & honoratam ecclesiam, nec magnos redditus.

Alij verò putant, quod si Patronus constituat procuratorem cum potestate presentandi, talis procurator virtute huiusmodi mandati poterit clericum patronum presentare ad eiusdem beneficium patronatus, & ita in praxi seruari dicit Riec. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 190. ubi citat Abb. To. Andr. & Anchar. in cap. fin. de Concess. Præb. Lap. all. 8. Caputaq. dec. 138. par. 2.

Alij verò absolutè negant, videlicet quod non potest Clericus patronus ecclesie seu Capellæ seipsum presentare ad beneficiũ, siue sit simplex, siue curatum, ut constat ex cap. per nostras, ubi glos. in ver. presentare de iurepatr. ita Viuian. in Prax. iurispatr. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 1. & seq. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. in d. cap. per nostras & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. nu. 85. & seq. quibus adde Bellett. Disquis. cleric. par. 1. tit. de Bon. Cleric. §. 11. num. 24. & hæc est verior sententia, quia debet esse actualis distinctio, & differentia inter dantem, & recipientem

tem, & inter presentatum, & presentantem *cap. ult. de Instit.* vnde nec procurator constitutus à Patrono ad presentandum poterit seipsum presentare *Barbos. in d. cap. per nostras in fin. & alij.*

Quare si patronus vnicus sit, & vellet suum de Iure patronatus beneficium consequi, illud ab Episcopo petere, & impetrare debet: vel posset Episcopus mortuo proprio tale beneficium conferre eidem Patrono, qui inhereret, & assentiat collationi predictæ, *vt dicunt Doctores apud Barbos. in d. cap. per nostras, & d. all. 72. num. 90. Viuian. loco cit. lib. 6. cap. 9. num. 6. Gratia. discept. 403 num. 5. & idem posset Capitulum sede vacante Quarant. in eodem ver. quest. 9. vers. Que conclusio.*

51 Si verò sint plures Patroni, siue omnes sint clerici, siue sit vnus clericus, & alter laicus, possunt ex seipsis vnum nominare, & presentare *Rot. decis. 185. nu. 5. p. 2. Diuers. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 190.* non tamen potest clericus compatronus simul cum compatronis seipsum presentare, sed presentatio faciendâ est ab alijs compatronis *Viuian. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 11. Barbos. d. all. 72. num. 92.* clericus verò in tali casu presentatus à Compatronis electioni de se factæ consentire potest: & tunc votum eius augebit numerum à deo vt si duo æqualiter sint presentati, quorum alter sit compatronus, consentiendo dictæ electioni, censetur ipse compatronus presentatus à maiori parte *cap. cum in iure peritus*

de elect. Ricc. in Prax. vt supra p. 3. ref. 516. Ciardin. controuers. forens. cap. 69. num. 8. & seq. Viuian. p. 2. lib. 6. cap. 9. num. 13. & seq. vbi etiã obseruat, quod clericus compatronus sic electus debet intra tempus debitum datum ad presentandum post electionem, & presentationem de se factam, consentire, quibus adde Mar. Antonia. var. resol. lib. 1. ref. 51. nu. 5.

52 An verò valeat mandatum datum ad presentandum, antequam beneficium vacet? Resp. quod aut mandatum datur ad presentandum certam personam in casu vacationis beneficii, & mandatum est inualidum: quia continet votum captadæ mortis; aut non est expressa certa persona presentanda, & substatetur mandatum *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 175. & decisum refert Beltramin. ad Greg. dec. 420. num. 9.*

§. VII.

De tempore prescripto Patronis ad presentandum.

53 Patronus laicus ad presentandum quadrimestre tempus habet, ecclesia verò semestre *c. vn. S. verum de Iurepatr. in 6. si verò ecclesiæ simul, & laico cõperit ius presentandi, habebunt sex menses, quia ratione communionis priuilegium ecclesiæ transte etiam ad laicum glos. fin. in d. S. verum, quam communiter sequuntur Doctores, etiam si laici habeant maiorem partem, quia magis*

magis dignum erahit ad se minus dignum *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 458.* alias transacto dicto tempore poterit Episcopus liberè ecclesiam de Rectore providere *cap. 2. de Suppl. negl. Pralat.* nec possit Patronus elapso tempore amplius moram purgare, *Ricc. in Collect. dec. 119. par. 1.* huiusmodi autem tempus non currit nisi à die scite vacationis: & ideò sciètia debet plenè probari, nec sufficerent testes. de auditu *Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 166. Barbos. l. 109. tit. d. par. 3. all. 72. nu. 134. & seq. Rota coram Cavaler. decis. 489. num. 2. & 3. ubi alia decisiones referantur.*

54 Potest tamen Episcopus lapsò tempore admittere Patronum, ad presentandum, si velit, *ut constat ex cap. 2. de supplen. negl. Pralat.* ponderando ibi verbum *liceat*, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet, siue id Ordinarius faciat ex iusta causa, ut videlicet possint melius Patroni deliberare super magis idoneo presentando, siue etiam sine causa *Crescon. decis. 11. & 12. tit. de Dilat. quem refert, & sequitur Ricc. in Collect. decis. 2453. par. 6.* Hec tamen prorogatio valebit quidè in præiudicium ipsius Episcopi, *ut dicunt Doctores apud Barbos. d. all. 72. numer. 142. & seq.* non autem in præiudicium superioris, ad quem post tempus ordinario cõcessum demoluitur ius conferendi, *ut d. idem Ricc. in Prax. par. 1. ref. 206.*

S. VIII.

An Patronis liceat plures successivè presentare.

55 **R**espond. Patronum laicum, non autem ecclesiasticum posse plures successivè presentare: & ideò in pluribus presentatis à laico datur Episcopo gratificatio, sed in presentatis ab ecclesiastico potior est primò presentatus *iuxta tex. notab. in c. cum autem de iure patr. glos. in c. cum vos de offic. ordin. Bellett. Disquis. cleric. tit. de Disciplin. cleric. §. 15. nu. 46.* ratio disparitatis est quia presentatio ecclesiastici habet vim electionis, in qua non cadit variatio, sed statim electo acquiritur ius in re *cap. publicato de elect. sed in presentatione laici secus est, quia presentatus tunc tantum acquirit ius ad rem, ut d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 456.*

Quare etiam si laicus possit plures unico etiam contextu presentare *iuxta clem. plures de Iurepat.* id tamen non licet ecclesiastico, quia electio alternativa à iure reprobatur *in cap. 2. de elect. in 6. & notat glos. in d. clam. plures ver. presentare.*

56 Ampliatur supradicta conclusio, etiam si Patronus laicus presentasset indignum: quia cum in tali casu presentatio sit nulla, poterit intra quadrimestre variare, & alium idoneum presentare. *Barbos. in cap. cum autem nu. 5. de Iurepatr. ubi citat Io. Andr. B. atr. Abb.*

Abb. & alios, præsertim si præsentauerit inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem: tunc enim poterit Patronus dispensatione non obtenta durante quadrimestre alium saltem cumulando præsentare, *vt dixit Rota in firmana altaris S. Ludouici 4. Martij 1596. coram Seraphino, quam refert Riccius in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 197.* Quare si patronus laicus præsentauerit indignum, vel nõ idoneum, non poterit statim Episcopus ordinario iure beneficiũ conferre, nisi lapso tempore ad præsentandum concessio *glos. communiter recepta in capit. cum vos ver. idonea de offic. Iud. ordin. Caualean. decis. 11. num. 53. p. 3. quem refert & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 1. r. 3. all. 72. n. 178.* quod intellige, dummodò scienter nõ præsentauerit indignum: quia sciẽter præsentans indignum pro illa vice ipso facto priuatus est iure, & facultate præsentandi *Rip. in Rubr. de iudic. nu. 68. late Barbof. loco cit. nu. 105. & in cap. cum in cunctis S. fin. de elect. vbi citat Mascard. de probat. concl. 593. n. 5. Molin. de Primog. lib. 2. c. 4. nu. 38. Gratian. discept. 58. n. 11. Crescent. de iure patr. dec. 10. Caput. dec. 62. n. 2. & decis. 291. p. 2. & alios.*

Idemque à fortiori dicendum est de patronis ecclesiasticis sciẽter præsentantibus indignos, cum ipsi magis debeant esse discreti, ac scire iura iuxta *glos. in d. cap. cũ vos ver. idonea, & ibi Barbof. & alij. de offic. Iud. ordin. & decisum refert Ricc. in Collect. decis. 2158. part. 6.*

58 Neque excusatur Patroni siue laici, siue ecclesiastici, si vel ignoranter præsentauerint aliquem non habentem qualitates requisitas in fundatione, vt si præsentandus debeat esse sacerdos: tenentur enim id scire, alias videntur delinquere, & abuti concessione sibi facta à fundatore, & idẽo tunc fit deuolutio ad Superiorem *Rot. coram Card. Caualer. dec. 231. num. 3. Barbof. d. par. 3. all. 72. numero 105.*

59 Secus esset, quando actus præsentationis non fuit perfectus, puta si deficiat aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem præsentationis, vel si præsentatio facta fuerit coram eo, qui non habet potestatem instituendi: tunc enim patronus tam laicus, quam ecclesiasticus poterit iterum canonicè præsentare, quia in tali casu non potest dici perfecta præsentatio, *vt not. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 456.*

60 Limitatur tamẽ principaliõ conclusio, vt non possit Patronus laicus variare ultra duas vices, sed tantum semel, vel iterum, *vt in d. cap. cum autem de iure patr.* tum quia variatio est odiosa, tum quia infinitas est vitanda *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 167. & p. 3. ref. 460. & decisum refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 72. n. 161. & seq.*

61 Limitatur 2. quando patronus laicus in prima præsentatione iuramento promisit, se alium non præsentare, aut non variare: tunc enim noua præsentatio in spretũ religionis iuram. nõ est attẽdenda.

- mulier de iureiur. Rota in Compo-* 65 Limitatur 5. vt possit variare
stell. Parochialis 20. Februarij
1630. coram Merlino, quam refert
Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3.
alleg. 72. num. 162. & ideo absque
difficultate instituendus esset pri-
mus, idem Barbos. in cap. cum au-
tem n. 4. de iurepatr. quamuis alias
valeret actus factus contra pro-
prium iuramentum secundum glos.
in cap. ult. ver. reuocatus de Procur.
in 6. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. 66
resolutione 457.
- 62 Verum si Patronus tantum iu-
rauit non reuocare, non dicitur
contrauenire per secundam præ-
sentationem: quia reuera non
reuocat primam, sed tantam
addit, & cumulat, ita vt ordina-
rius possit etiam primum præ-
sentatum instituere *Rota in d. Cõ-*
postellana Parochialis coram Mer-
lino.
- 63 Limitatur 3. vt lite pendente,
inter presentatos non possit laicus
variare *cap. 1. vt lit. pend. in 6. Gom.*
in reg. de subr. Collat. q. 6. & decisio
refert Ricc. in Prax. vt supra par. 3.
ref. 461. Barbos. in d. cap. cum autem
n. 3. de iurepatr.
- 64 Limitatur 4. vt non possit Pa-
tronus laicus à priori præsen-
tatione recedere: vnde si ab ea re-
cedat, secundus actus nullius ef-
fet roboris *d. cap. cum autem de*
iurepatr. Card. Caualer. dec. 21. Rip.
in rubr. de Iudic. num. 69. nisi ex
causa recedat, vt quia ad eius au-
res peruenit primo loco præsen-
tatum non esse idoneum: tunc
enim tenebit secunda præsentati-
o, Vulp. in Prax. Iudic. cap. 49.
numero 23.
- 65 Limitatur 5. vt possit variare
tantum intra quadrimestre, secus
eo elapso *Caualer. decis. 231. nu. 2.*
Barbos. d. p. 3. all. 72. n. 105.

§. IX.

Qua aetas requiratur ad obti-
nendum beneficium iuri-
spatronatus sine cuius.

R Esp. requiri aetatem quatuor
decim annorum, prout re-
quiratur in alijs beneficijs simpli-
cibus iuxta Conc. Tridentinũ *sess.*
23. de ref. cap. 6. Barbos. de offic. &
pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 75. &
76. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref.
180. vbi resoluunt non requiri an-
num 14. expletum, sed suffice-
re incaptum, vt censuit etiam
Sac. Cong. teste eodem Barbos. in c.
2. nu. 5. de etat. & qual. nisi aliter
67 in fundatione beneficij esset cau-
tum: quia tunc posset præsentari
etiam minor 14. annorum *iuxta*
declarationem Sac. Cõg. apud Ricc.
loco cit. d. par. 1. ref. 180. & p. 4. resol.
470. vbi etiam refert, ita resoluif-
se Rotam in vna Granaten. Ca-
pellania 12. Ianuarij 1608. coram
Marquemontio, & ratio esse po-
test, quia id non contrariatur na-
turæ beneficij: de iure enim an-
tiquo ad beneficia simplicia re-
quirebatur, quod quis esset ma-
ior septennio secundum Doctores,
quos refert, & sequitur Barbos.
in d. cap. 2. de etat. & qual. vbi etiã
dicit, quod Summus Pontifex po-
68 test infanti beneficium simplex
conferre; secus esset si fundator
in limine fundationis adiecerit

H h ali-

aliquam conditionem beneficij nature repugnantem; quia tunc minimè esset admittenda, puta si disposuerit, quod bona in dotem consignata possint reuocari ab eius heredibus, id enim beneficij natura non patitur, cum dos debeat esse perpetua, *vt dixit Rota in Lucana Decanatus 23. Martij 1582. coram Aldobrandino, quam refert idè Ricc. in Prax. par. 4. ref. 471.*

69 Eadem ætas sufficit, etiam si in fundatione dicatur, Capellanū debere celebrare diuina officia, seu missas; hoc enim casu satis prouisum censetur voluntati testatoris, si per alium celebrare faciat; & ideo presentandus ex hoc præcisè non debet esse Presbyter, nisi expressè caueatur, vt per se ipsum hoc agat *Rot. in Romana Capellanie 23. Ianuarij 1589. coram Pamphilio, quam refert Ricc. in Prax. vt supra par. 1. ref. 195.*

70 Observant tamen Doctores, valere præsentationem de persona nondum attingente 14. annū, dummodò ad eam ætatē pertingat ante institutionem, etiam si in eo beneficio minor ætas non concedatur ex fundatione, *ita necisum refert Campan. atud Barbof. d. par. 3. all. 60. n. 77.* vbi etiam dicit, valere præsentationem, si fiat de minore quatuordecim annorum cum conditione, si impetrauerit à Papa dispensationem, dummodò verificetur conditio infra tempus à iure datū ad præsentandum.

71 Ità licet laicus sit incapax be-

neficij *cap. 2. de Instit.* tamen validè eum posse presentari, si statim postea assumpserit clericatum, resoluit Rota in *Imolen. Iurispatr. 19. Nouembris 1594. coram Orano, vt refert idem Barbof. p. 3. all. 72. num. 77.* vbi dicit, satis esse, si promoueatur ad ordines ante institutionem: nec aduersari textum in *d. cap. 2. de Instit.* quia loquitur de Institutione, ad quam laici non possunt admitti, non autem de nominatione, seu præsentatione.

§. X.

An possit Episcopus in aliquo casu liberè instituere Rectorem in beneficio Iurispatronatus absque præsentatione Patroni.

72 **S**I Patroni de Iure patronatus, siue de eius possessione cõtendant, Episcopus debet expectare laicos per quatuor menses, & clericos, etiam si litigent cum laicis, per sex menses, intra quos lis finienda est; quo tempore elapso, & causa minimè terminata Episcopus potest liberè in tali beneficio instituere Rectorem sine præiudicio euincentis *cap. quoniam 3. & cap. eam te de Iurepatr. & dixit Rota in Der-tonen. Iurispatronatus 8. Februarij 1599. coram Penia, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 405.* quod procedit, quando cõtroversia est inter ipsos Patronos in præsentatione discordes, vel

vel quia alter ipsorum præcedit, alterum non esse Patronum, vel quid simile *glos. in d. cap. eam te Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 6. n. 27. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 72. num. 140. verfertius casus, & alij, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. c. 49. num. 2.*

Secus esset, si lis verteretur inter ipsos Patronos, & Episcopum, siue Procuratorem fiscalem mensæ Episcopalis præcedentem, beneficium esse liberæ collationis: quia tunc Episcopus constituit tantum Oeconomum, nec potest ecclesiam de Rectore providere *cap. cum vos de offic. ordin. glos. in d. c. eam te Vulp. d. cap. 49. num. 2. Leo loco cit. nu. 27. Barbof. d. par. 3. all. 58. n. 19. Ricc. in Prax. ut supr. par. 1. ref. 181. Immo si patroni sint ecclesiastici, Episcopus neque Oeconomum ponit, cum ad eos spectet custodia ecclesiæ: nisi forte ecclesiæ parochialis sit: tunc enim siue sit Iurispatronatus ecclesiastici, siue laicorum, Episcopus in ea idoneum Vicarium constituit cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur *iuxta decretum Concilij Tridentini sess. 24. de ref. cap. 18. & notant Doctores apud Barbof. d. par. 3. all. 62. num. 16. & seq.**

Notandum est autem, quod subditus, qui litem habet cum ordinario, potest impetrare exemptionem à Iurisdictione eiusdem ordinarij lite pendente

ut post Staphil. dicit Gabr. comm. conclus. lib. 2. tit. de Iudic. concl. 4. nu. 31. & in tali casu solet signatura Papæ eximere talem subditum ab ordinarij Iurisdictione: quoad omnes causas, ut dicit Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. nu. 28. ubi citat Cassad. decis. 6. Lancelot. de Atten. par. 2. cap. 4. declarat. 3. & 4.

74 Similiter haud posset Episcopus Ecclesiam conferre, quando lis esset inter præsentatos, etiam si lis intra tempus requisitæ, minimè finiatur: quia textus in *d. cap. quoniam de Iurepatr. inducens devolutionem, quando est lis inter patronos, tamquam ex orbitans, & rigorosus non extenditur ad litem inter præsentatos Rot. apud Farinac. decis. 586. nu. 7. in Collect. nouiss. quam refert Barbof. d. all. 72. num. 240. & in dicta Dertonen. Iurispatronatus apud Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 405.*

Dixi, sine præiudicio euincens, quia lite finita præsentatus ab eo, qui fauorabilem sententiam reportauit, ab Episcopo instituendus est, & tunc talis prouisus remoueri debet *cap. consultationibus de Iurepatr.*

75 Si verò non constet de Iurepatronatus, nec præsentantes esse Patronos, tunc non obstante contradictione prætenorum Patronorum Episcopus poterit Ecclesiam ordinare; quod maximè procederet, si in præcedentibus vacationibus Episcopus prouidit de tali beneficio tamquam de libero; tunc enim eo iterum vacante nullo expectato semestri,

H h 2 vel

vel quadrimestri, nec sine litis
procedere potest ad illius colla-
tionem *Rota in d. Dertonen. Iu-
rispatronatus coram Peria.*

76 Adde, quod si Episcopus in-
tra tempus presentandi conscius
iuris adhuc non deuoluti bene-
ficio contulerit, valida esset
collatio, dummodo Patrono non
reclamante, nec contradicente,
elapsus fuerit terminus: secus si
Patronus in tempore sibi dato ad
presentandum, alium presentauerit,
sive expressè contradixerit;
quia cum videatur sperni, ex tunc
collatio à iure reputatur irrita.
*cap. decernimus 16. q. 7. Barbos. in
cap. illud nu. 9. de Iurepatr. ubi ci-
tat. Roch. ver. honorificum num. 2.
Lambertin. 3. par. 2. lib. 9. 2. ar. 2.
Put. par. 3. dec. 312. Gonz. ad reg. 8.
Caneell. glos. 56. numer. 78. cum seq.
Garc. de Benef. p. 5. c. 9. n. 231. & seq.
Flamin. de Resign. benefic. lib. 2.
q. 4. nu. 15. & 16. & lib. 8. q. 10. nu-
mero 10. & alios.*

77 Querens, an ordinarius possit
beneficio Iurispatronatus laico-
rum noui onus imponere? Resp.
negatiuè, ut censuit S. Congrega-
tio teste Aloyf. Ricc. in Prax. for.
eccles. par. 1. ref. 503. beneficijs ve-
rò liberè collationis potest Epif-
copus honestum onus iniungere,
ut constat ex cap. Significatum
de Preben.



S. XI.

*An Iurispatronatus legari, vel donari
possit absque consensu
Episcopi.*

78 **R** Esp. negatiuè ex cap. illud,
ubi id notant omnes de Iure-
patr. nec sufficeret auctoritas Vi-
carij, si specialem facultatem non
habeat, quamuis prester titulum
ad prescribendum, ut decisam
refert Ricc. in Prax. for. eccles. par.
2. ref. 637. & par. 2. ref. 469. ubi etiã
resoluit, presentationem factam
per illum, cui donatum fuit Iur-
patronatus, ante assensum presti-
tum per Episcopum esse nullam:
vnde potest donans presentare,
non obstante donatione à se fa-
cta Beltram. ad Greg. dec. 420. n. 7.
79 sufficeret autem consensus Epif-
copi etiam tacitus, puta si fieret
donatio presente Episcopo, &
tacente Ricc. in Prax. p. 3. ref. 291.
vel si post donationem presenta-
tiones admiserit, ut decisum re-
fert Beltramin. loco cit. item vali-
da esset donatio huiusmodi laico
facta à principio sine auctoritate
ordinarij, si postea superueniat
Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref.
289. & in collect. decis. 2157. par. 6.
Beltram. ad Greg. d. decis. 420. n. 7.
ubi etiam dicit, quod iste consen-
sus ordinarij presumitur ex lapsu
30. annorum iuncta obseruancia
& hanc communem dicit Villal.
relatus in Syntagm. commun. opin.
tit. de Iurepatr. cap. 2. vers. consen-
sus Episcopi.

Predicta tamen conclusio pro-
cedit

cedit, quando Iuspatronatus a laico in laicum transfertur, secus esset, si Iuspatronatus donetur ecclesie, seu locis pijs, tunc enim consensus Episcopi non requiritur *Gratian, discept. 177. numer 3. V. iui. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 4. num. 9. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. in dict. cap. illud num. 6.*

81 Obserua tamen, quod si laicus de consensu Episcopi ecclesiam Monachis donaret, eo casu ex huiusmodi donatione non solum transfertur Iuspatronatus, sed etiam dominij proprietates, & omnia iura temporalia, quae habebat Episcopus *secundum glos. in cap. de Monachis ver. de prouentibus de Preb. quam in hoc communiter esse receptam dicit Vis. relatus in Syntag. opin. com. tit. de Iurepatr. cap. 2. vers. Donari.*

82 Similiter haud esset necessarius Episcopi consensus in donatione Iurispatronatus facta Compatrono *Azor. instit. mor. par. 2. lib. 6. c. 20. q. 6. Peregr. conf. 87. n. 6: vol. 3. quos refert Barbof. in d. cap. illud num. 4. de Iurepatr. secus si donatio fieret per compatronum filio alterius compatroni Patre adhuc viuente, quia tunc etiam exigitur Episcopi assensus *Ricc. in collect. dec. 2157. p. 6. ubi citat Verall. decis. 130: & 363. lib. 2.**

83 Queres 1. an Iuspatronatus transeat in fideicommissarium. Resp. negatiue, quemadmodum neque ad illum transeunt iura sepulchrorum: quia ad fideicommissarium transeunt ea, quae concernunt commodum pecuniarium;

ius autem patronatus, & sepulchrorum non est huiusmodi, & ideo penes heredem remanet *quia perinde est. ad Trebellian. & hanc esse communem dicit Bonacof. & alij relati in Sintagm. opin. com. tit. de Iurepatr. cap. 2.*

84 An vero Iuspatronatus transeat ad heredes extraneos? Resp. affirmatiue *ex clem. plures, ubi glos. & DD. de Iurepatr.*

85 Queres 2. an Episcopus possit cogi ad huiusmodi assensu praestandum? Resp. posse ad id compelli auctoritate Superioris, seu Metropolitanani *cap. nullus ubi Doctores de Iurepatr. potest etiam Superior in tali casu loco Episcopi consensum praestare, & eius consensus sufficeret *Ricc. in Prax. p. 3. ref. 294. quod intellige, si absque iusta causa Episcopus consentire recuset: si enim adest aliqua iusta causa denegandi consensum, tunc minime potest Episcopus per Superiorem compelli ad consentiendum; & si superior compelleret, esset locus appellationi ad superiorem Superioris *glos. fin. in d. c. nullus, & alij apud Ricc. d. ref. 294.***

S. XII.

An patronum inopem ecclesia alere teneatur.

86 Certa in iure conclusio est, quod ecclesia ex gratitudine tenetur alere patronum, & eius filios, si egestate laborent. *c. quicumq. 17. q. 7. cap. nobis de Iurepatr.*

- patr. Vnde ecclesia in tali casu debet patronis de cibo, potu, veste, lecto, & alijs omnibus, quæ sub alimentorum vocabulo (seu nomine continentur, prouidere *Surd. de Alimen. tit. 4. q. 23. à n. 12. quem refert, & sequitur Barbof. in d. c. nobis num. 7.*
- 87 Hanc conclusionem amplia 1. vt procedat, etiam si dos data à patrono sit perempta: quia ratio recepti beneficii durat etiam re perempta; ideo remanet semper antidotalis obligatio, quæ contrahitur eo ipso, quod patronus donat ecclesiam, vt d. *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 278. & alij:*
- 88 Amplia 2. vt etiam patrono excommunicato inopi debeantur alimenta *Ricc. vbi supra d. p. 3. ref. 281.* non tamen patrono ingrato, qui non alitur ab ecclesia, vt d. *Barbof. loco cit. num. 8.*
- 89 Amplia 3. vt ecclesia teneatur alere patronum non solum de bonis à patrono relictis, sed etiam de alijs postea acquisitis *Bald. in l. 1. num. 9. C. de iur. Emphit. Paul. de Cittadin. in tract. de iure patron. art. 4. quæst. 9. num. 17. quos refert Ricc. in Prax. vt supra p. 3. ref. 282.*
- 90 Amplia 4. vt patrono debeantur alimenta, etiam si ius patronatus alteri de consensu Episcopi donauerit: tum quia ius alimentandi nunquam censetur donatum: tum quia donatio semper presumitur facta deducto ne egeat: tum etiam quia alimenta debentur in recompensationem obligationis naturalis, quæ ratio remanet, etiam si alteri donauerit: & ideo donanti, & non donatario debentur, *idem Ricc. in Prax. par. 3. ref. 282. & in collect. dec. 492. p. 3.*
- 91 Amplia 5. vt debeantur alimenta etiam pendente lite super iure patronatus *Ricc. in Prax. d. p. 3. ref. 284. & 285. vbi dicit, hanc esse receptissimam, & veram opinionem: quemadmodum pendente lite super hereditate paterna faciendæ est filio, vel filie petenti hereditatem patris prouiso de alimentis præstandis vsque ad finem litis l. qui de inofficioso & l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testam. tenebitur tamen patronus huiusmodi alimentare restituere, si succumbat iuxta l. cum autem §. cū redhibetur ff. de Aedilit. edict.*
- 92 Verum supra dicta conclusio cum hac limitatione, ac restrictione intelligenda est, vt scilicet procedat, quando patronus summa egestate laborat, quæ erit probanda, ac deductis oneribus ipsius beneficii, & expensis necessarijs pro ecclesia, ac pro sustentatione Rectoris: quia nemo tenetur proprijs stipendijs militare *glos. in d. c. quicumque 16. q. 7. Vulp. in Prax. Indic. cap. 49. num. 21. Rota coram Card. Caualer. decis. 321. nu. 3. Barbof. in d. cap. nobis num. 7.*
- 93 Debet tamen patronus pro consequitione alimentorum præferri Pensionario: quia ista obligatio est naturalis, vt beneficiati cum indiget, benefaciamus *iuxta l. sed etsi lege §. consuluit de petis. hered. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. resolutione 283.*
- 94 Summa verò egestas censetur, quando patronus non habet de proprio, nec potest viuere ex indu-

Austria, & non extat persona, que de iure compelli possit ad prestandum alimenta *Bart. in l. si quis à liberis §. item rescriptam ff. de liber. agnos. Ricc. in Prax. p. 3. ref. 280.* & ideò satis est, quod Patronus etiã nobilis habeat aliqua bona, ex quorum fructibus vna cū aliquo honesto exercitio viuere possit itã vt si non possit nobiliter viuere, congruè tamen viuat, presertim cum ecclesia ex quodam gratitudinis iure patronum indigētē alere teneatur *Rot. in Regiens. Prioratus 1. Julij 1596. coram Pena, quam refert Ricc. in Prax. vt supra par. 3. ref. 279.*

95 Intellige 2. vt debeantur in tali casu alimenta habito respectu ad qualitatem personæ, & ad facultates, seu fructus ecclesiæ *d. cap. nobis vbi glos. in ver. modesto de Iurepatr. Ricc. in Prax. d. par. 3. ref. 287.* non enim esset vendenda proprietas, vt Patrono nobili ampliora, & pinguiora alimenta præstentur, vt post *Surd. notat Barbof. in d. cap. nobis num. 7. de Iurepatr.*

96 Adde, quod si Inspatronatus spectat ad Vniuersitatem, non totam Vniuersitatem, sed solos Rectores Vniuersitatis ecclesiæ alere teneretur *Archidiacon. in cap. si plures 16. q. 7. quem refert, & sequit. Ricc. in Prax. vt supra p. 3. ref. 280.*


S V M M A R I V M.

- 1 Filij illegitimi Clericorum in ecclesijs, vbi eorum Patres beneficium habent, vel habuerunt, non possunt quodcumque etiã dissimile beneficium obtinere, nec pensiones super beneficijs, quæ eorum Parentes obtinuerunt, habere.
- 2 An filius illegitimus possit in dictis ecclesijs Diaconatus, vel subdiaconatus officio fungi, vel sacristam, & cantorem agere.
- 3 Episcopus non potest in tali casu dispensare.
- 4 An pater possit succedere in beneficio filij.
- 5 An dispositio Concilij Tridentini comprehendat nepotem legitimũ ex filio illegitimo.
- 6 Quid si Pater illegitimi nunquã habuit titulum beneficij, sed tantum pro Capellano amouibili inseruiuit in aliqua ecclesia.
- 7 An possit filius Clerici obtinere beneficium in alia ecclesia.
- 8 An si Pater habeat facultatem transferendi pensionem, possit illam transferre in filium illegitimum.
- 9 An filius illegitimus succedere possit in Capellania, quæ fundari solet absque Episcopi auctoritate.
- 10 Quid si pater illegitimi possessionem beneficij adeptus non fuerit, vel si possessionem habuerit, sed sine cononico titulo, vel non pacificè.
- 11 An decretum Concilij comprehendat

- dat filios legitimos clericorum.
- 12 Quando filij legitimi clericorum possint consequi paternum beneficium.
- Et an possint obtinere pensionem super beneficio paterno, ibidem.
- 13 An filius illegitimus possit admitti in Religione, in qua Pater professus fuit.

CAP. VII.

Vtrum Episcopus possit dispensare cū filijs illegitimis clericorum, vt habeant eadem beneficia, quæ eorum parentes habuerunt.

- 1  D tollendam paternæ incontinentię memoriã sacra Tridēna Synodus expressè prohibuit, ne filij illegitimi Clericorum in ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habēt, aut habuerūt, quodcūq; etiã dissimile beneficium obtinere possint, nec in dictis ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere, vt in sess. 25. de ref. c. 15. vnde talem filium illegitimum non posse subdiaconatus, vel Diaconatus officio fungi, neque sacramenta, neque cantorem agere in tali ecclesiã, neque alio quouis modo in altaris ministerio ibi
- 2

ministrare, resoluit Nau. conf. 1. num. 46. de Constit. & decisum refert Garc. de benef. par. 7. c. 3. n. 62.

3 nec potest Episcopus in tali casu dispensare, vt post Rebuff. Mandos. Staphil. & alios dicit. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 65. per tot. vbi etiam addit, quod non obtenta dispensatione Apostolica filius illegitimus tali beneficio esset ipso iure priuatus non obstante quacunque possessione.

4 Obseruant tamen Doctores, Patrem posse succedere etiam immediatè in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus: tū quia sumus in penalibus, quæ non sunt amplianda, præsertim cum Concilium loquatur tantū de filijs: tum quia memoria paternæ incontinentiæ non perindè viget per successionem patris in beneficio filij, ac è conuerso; magis enim representatur incontinentiã paternã per personam filij, quam per personam patris, vt pluribus relatis tenet Garc. de Benef. p. 7. c. 3. num. 28. vbi de communi Rota coram Seraphin. decis. 1442. quare refert Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 47. num. 28. & itã censuisse Sac. Cong. testatur Barbos. loco cit. nu. 17. & refertur etiam inter Decis. Diuers. p. 4. dec. 128.

5 Obseruant 2. dispositionem Concilij non comprehendere nepotem legitimū ex filio illegitimo, qui minime prohibetur obtinere beneficium, quod Avus habuit: tum quia Concilium loquitur de filijs, non autem de nepotibus: tum etiam quia incontinentiã patris representat quidem filius, non

- non autem nepos, ita decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 375. Nauar. cons. 9. num. 9. de Fil. Presbyt. Bellet. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de Discip. Cleric. §. 3. n. 33. & censuit Sac. Cong. teste Garc. d. p. 7. cap. 3. num. 27. Barbof. d. all. 65. nu. 18. alij tamen putant, hoc procedere, si Auusiam decesserit, sed eo viuente Nepotem comprehēdi in prohibitione Concilij Vulp. in Prax. Iudic. cap. 47. n. 26. vbi refert, ita Sac. Concilij Congreg. declarasse.
- 6 Observant 3. filium illegitimum clerici ex hoc decreto non prohiberi, quominus tanquam Capellanus amouibilis deseruire possit, atque obtinere beneficium in ecclesia, in qua eius pater nunquam habuit titulum beneficij ecclesiastici, licet pro Capellano amouibili inseruierit in eadem ecclesia: quia respectu patris Concilium requirit beneficium, vt censuit Sac. Cong. apud Garc. vbi supra n. 72. Ricc. in Prax. for. eccles. part. 4. resolutione 374.
- 7 Observant 4. quod cum Concilium loquatur de ecclesia, in qua Pater habuit, vel habet beneficium, poterit filius Clerici obtinere beneficium in alia ecclesia. Barbof. d. par. 3. all. 65. numer. 12. & alij.
- 8 Observant 5. quod si pater habeat facultatem trasferendi pensionem, poterit illam transferre in filium illegitimum Gig. de Pension. quaest. 86. num. 5. Flamin. de Resign. benef. lib. 6. q. 4. num. 21. & 22. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 22. & 23. Azor. instit. mor.
- par. 2. lib. 8. cap. 8. quaest. 7. & alij. quos refert, & sequitur Barbof. d. all. 65. num. 27. nisi talis pensio esset constituta super beneficio, quod Pater habuit: tunc enim non posset illam transferre in filium ex dicto Concilij decreto, ex quo filius illegitimus prohibetur habere pensiones super fructibus beneficij, quod pater obtinet, vel alias obtinuit, Garc. d. par. 7. cap. 3. num. 34.
- 9 Observant 6. quod non prohibetur filius illegitimus succedere in Capellania, quae fundari solet absque aliqua Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, vt in illa succedant Clerici de parentela, vt dicunt DD. apud Barbof. d. par. 3. all. 65. num. 13.
- 10 Observant 7. quod si pater prouisus fuit de beneficio in aliqua ecclesia, cuius tamen possessionem nec per se, nec per suum Procuratorem est adeptus, non prohibetur filius obtinere beneficium in ea ecclesia: quia verba Concilij intelligenda sunt cum effectu: secus esset, si pater beneficij possessionem habuit, licet sine canonico titulo, vel non pacifice: tunc enim filius in eadem ecclesia beneficium habere non potest Riccius in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 373. vbi citat Garc. de benef. p. 7. c. 3. n. 56. Campanil. in Diuersor. Iur. Cas. non. rubr. 11. c. 13. num. 67. Nouar. in 2. opusc. noui Iur. Pontific. tit. de Illegitim.
- 11 Observant 8. Decretum Concilij non comprehendere filios legitimos Clericorum: quia loquitur tantum de filiis illegitimis; &

Et ideo

ideo quoad illos remanet ius antiquum incorrectum *l. precipimus C. de Appell. ut post Nau. Rodriq. & alios d. Garcia dicta p. 7. cap. 3. numer. 18.* unde possunt filij legitimi in eisdem ecclesijs, in quibus præsunt, vel præsuerunt genitores eorum, beneficium obtinere *cap. ad haec de fil. Presbyt.*

1. Immo etiam paternam beneficium consequi possunt, si eorum genitoribus defunctis media intercessit persona, cui prædictum beneficium collatum fuerit: filius enim prohibetur beneficia paterna habere immediate, nè successio in ecclesia Dei sit hereditaria, secus mediate *cap. ex transfmissa c. ad extirpandas de fil. Presbyt. & ita decisum fuisse in Rota coram Seraphim. decis. 1442. referunt Barbof. d. par. 3. all. 65. nu. 16.*

Quare filius legitimus poterit etiam habere pensionem super beneficio paterno, *ut d. Garc. d. p. 7. cap. 3. num. 35.*

13. Addit Sayr. de Censur. lib. 6. c. 11 nam. 4. Sorb. in compend. priuileg. ver. Dispensatio, quos refert, & sequitur Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 47. num. 31. in fin. quod filius illegitimus in Religione, in qua pater sine ante, siue post natiuitatem filij professus fuerit, ipso patre viuente non debet admitti.

S V M M A R I V M.

1. Episcopus beneficia sua ordinario dispositioni subiecta potest unire, diuidere, & extinguere ex iusta causa.

2. Beneficia sedi apostolica affecta Episcopus potest unire in casibus in Sac. Concilio Tridentino expressis.

3. An Episcopus unire possit beneficia reseruata de tempore unionis.

4. An possit Episcopus unire beneficia, quorum collationem simpliciter sibi Papa reseruauit.

Et quid si Papa non tantum collationem reseruauit, sed quamcumque aliam dispositionem, ibidem.

5. Quando Episcopus possit extinguere prebendas, ut augeantur distributiones.

6. An valida sit unio facta Capitulo, seu mensa Capitulari.

7. An consilium quatuor Deputatorum requirendum sit in unione beneficiorum seminario facienda.

8. An unio in tali casu facienda sit ante beneficiorum vacationem.

9. An seminariū in hoc casu debeat esse actu erectum.

10. An ante unionem debeat fieri contributio de fructibus mensae episcopalis, & aliorum beneficiorum Diocesis.

11. Ad quam summam beneficia sint taxanda in tali casu.

12. An ad hanc contributionem teneantur etiam Cardinales.

13. An Canonici teneantur contribuere, si redditus Canoniceatum consistunt in distributionibus quotidianis.

14. An teneatur contribuere Hospitale, quod neque in titulum, neque in administrationem datur.

- 15 An prouisio facta à Papa valida sit non facta mentione vniõnis.
 16 Episcopus non potest vnire beneficia referuata in casibus, in quibus non datur expressa facultas ea vniendi.

An Episcopus possit Penitentiarario vnire præbendam vacantem in mense Sedi Apostolicæ referuato, ibidem.

- 17 Quæ causa requiratur ad vniõnem ritè faciendam.
 18 An vocari debeant ij, quorum interest.
 19 An requiratur consensus Patroni, si beneficium vniendum sit de Iurepatr.
 20 An requiratur Beneficiati, seu Rectoris consensus.
 21 An requiratur consensus Capituli.
 22 Quid si Capitulum, aut alij, quorum interest, sine iusta causa contradicant.
 23 An Episcopus cum consensu Capituli mense sue, vel ipsi Capitulo possit beneficia vnire.
 24 An eadem causa, quæ requiritur in vniõne, exigatur etiam in dismembratione, & suppressione.
 25 An sola diminutio fructuum sufficit ad suppressionem.
 26 An sola numerositas populi satis sit ad dismembrationem.
 27 An credatur Episcopo asserenti causam interuenisse.
 An, & quâdo præsumatur ex cursu 30. annorum, ibidem.

6637
6638

CAP. VIII.
 An Episcopus possit vnire beneficia Sedi Apostolicæ referuata.



Beneficia suæ ordinariæ dispositioni subiecta potest quidem Episcopus liberè vnire capit.

sicut vnire de excess. Prælat. atque etiam diuidere & extinguere ex iusta causa Nauar. cons. 27. nu. 1. de Præb. etiam si collatio beneficij deuoluta sit ad Papam propter ipsius Episcopi negligentiam iuxta communè Doctorum sententiam Nauar. cons. 12. de Reb. eccles. non alien. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 66. num. 5. Garc. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 91. obseruat tamen Ricc. in Præf. for. Eccles. par. 1. res. 620. Episcopum hodiè non posse vnire beneficia simplicia cum simplicibus, sed vniõnem faciendam esse iuxta formam Concilij sess. 21. de res. c. 5. vt scilicet beneficia simplicia, vel curata cum alijs curatis vniantur.

Beneficia verò Sedi Apostolicæ affecta non potest de iure communi Episcopus vnire Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 9. num. 3. & decisum refert. Beltram. ad Greg. dec. 419. num. 7. nisi vniõ de beneficio referuato fieret cum conditione, vt effectum habeat cessante referuatione, vt d. Ricc. in Collect. decis. 720. p. 3.

Ex dispositione verò Concilij Tridentini potest Episcopus ecclesijs

clesijs parochialibus propter eorum paupertatem vnire alia beneficia etiã reservata Sedi Apostolicę, *vt in sess. 21. de ref. c. 5.*

Secundò potest vnire capitulo Cathedralis, vel Collegiate beneficia simplicia eidem Sedi affecta, vbi prebende essent nimis tenues, vel si hac ratione provide-ri non possent, liceret Episcopo eas ad pauciores numerum reducere aliquibus ex ijs suppressis, quarum fructus, & proventus reliquarum prebendarum distributionibus applicari debent, *vt in sess. 24. de ref. cap. 15.*

Tertio potest vnire Seminario eadem beneficia simplicia sedi apostolicę reservata, *vt in eodem Conc. sess. 23. de ref. cap. 18.*

3. Observant autem Doctores, dispositionem Concilij esse intelligendam de beneficijs, quę non erant reservata de tempore unionis, sed postea fuerunt effecta reservata ex vacatione, in mense reservato & ita pluries declarasse Sac. Congregationem testatur Caro. de Benef. par. 12. c. 2. à nu. 91. vsque ad 107. Beltramin. ad Greg. dec. 4. 19. num. 7. vbi etiã refert, ita resoluisse Rotam decis. 201. num. 5. par. 2. in Recent. & in Agensana Beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & in Aquinaten. beneficij 3. Iunij 1607. coram Marquemontio.

Contrariũ tamen resoluit Rot. coram Card. Cavaler. decis. 472. n. 5. vbi dictum fuit, posse vniri Seminario beneficia reservata etiã de tempore unionis.

Quare alij dicunt, Concilium

esse intelligendum de beneficijs quorum collationem simpliciter sibi Papa reservavit *iuxta opinionem, quam sequuta fuit Rotã dec. 4. & 6. de Reb. eccles. non alien. in antiq.* Si verò Papa non simpliciter sibi reservavit collationem, sed quãcunque aliam dispositionem, illam expressè auferendo ab ordinario, hoc sanè casu non posset ordinarius vnire *Barbos. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 66. nu. 7. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. q. 29. n. 42. & 43. qui ita intelligit Abbat. in d. cap. sicut vnire sub num. 7. ad fin. de excess. Pralat. quia cum appellatione dispositionis veniat etiã unio propter generalitatẽ huius vocis, de qua per Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 20. nu. 1. & seq. non potest inferior Summo Pontifice istud attentare cap. vt nostram de Appell. Lotter. loco cit. n. 43. vbi decisum refert, unionem de beneficijs reservatis per extratrag. Ad regimen. de Præb. inter communes, innouatam per reg. 1. Cancell. ab Episcopo factam, etiã in fauorem seminarij, & seruata in reliquis forma decretorum Concilij esse nullam.*

5. Observant 2. dispositionem Concilij d. sess. 24. cap. 15. procedere solum in ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus, in alijs verò nullam dari Episcopis potestatem extinguendi prebendas, vt augeantur distributiones *Rota coram Cardinal. Cavaler. decis. 439. n. 4. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 4. ref. 543.* quę autem dicitur Collegiata insignis, remittitur arbitrio Iudicis: & precipue pro-

probatur ex fama, siue communi omnium opinione, seu estimatione, quemadmodum probatur nobilitas *late Riccius d. par. 4. resolutione 344.*

6 Observant 3. vnionem faciendam esse præbendis distributivè, non autem mensè capitulari, alias corrueret, si fiat sine assensu Papæ *Rot. decis. 645. ex collectis per Farinac. tom. 3. ubi aliæ decisiones allegantur*: quia Concilium Tridentinum *d. sess. 24. cap. 15.* non dat facultatem vniendi mensæ capitulari, sed præbendis singulorum. Capitularium *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 389. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 48. num. 62.* Vnde validâ esse vnionem de consensu Capituli factam omnibus præbendis distinctis non simul, sed separatim, & distinctè vnicuique, dicit *Garc. de benef. par. 12. cap. 2. num. 70. Ricc. in Prax. ut supra par. 1. ref. 389. & par. 4. ref. 542. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 66. num. 24.* quia tunc vnio non dicitur fieri Capitulo, sed singulis præbendis seu Canonicis: aliud enim est applicare capitulo, aliud distribuere inter singulos Canonicos, vel præbendas assignando vnicuique certam portionem, *ut dicunt citati Doctores.*

7 Observant 4. quod ad hoc vt vnio beneficiorum facta seminario subsistat, plura requiruntur: primò enim requiritur, quod fiat cū consilio quatuor Deputatorum iuxta decretum Concilij *d. sess. 23. cap. 18.* alias non valeret, *ut censuit Sac. Cong. Conc. que refertur inter decisiones Divers. par. 4. decis.*

78. debet enim Episcopus quatuor Deputatos adhibere in consilium pro tota temporali administratione Seminarij excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat; quamuis non teneatur eorum sequi consilium, *ut resoluit Sac. Cong. teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 415.*

8 Secundo requiritur, vt vnio fiat ante beneficiorum vacationem, alias nulla esset; & ideo prouisi apostolici mittendi essent in possessionem dictorum beneficiorum, *ut censuit Sac. Cong. referente Garc. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 102.* nisi Episcopus beneficia vacantia in suo mense, & ad eius collationem spectantia prius vniuerit: tunc enim posset vnire beneficia simplicia reseruata, vel affecta, etiam post vacationem, *ut declarauit eadem Sac. Cong. teste Zerol. in Prax. Episc. ver. Seminarium S. ad quintum par. 1. Garc. par. 12. c. 2. num. 104. & 105.*

9 Tertiò requiritur, vt Seminarium sit actu erectum, & habeat actus scholares, & Magistros, alias vnio nõ subsisteret *Gad. Cauat. dec. 472. num. 1. & 2. & censuit Sac. Cong. teste Ricc. in Prax. d. par. 3. ref. 415. Garc. d. par. 12. cap. 2. num. 193.* ubi etiam referunt, *Sixtum V. sub die 26. Octobris 1588. sent. Sac. Cong. confirmasse.* quia ecclesiæ non extincti donari non potest *c. ad audientiam 2. de eccles. edific. sufficeret tamen, si Seminarium esset erectum in aliqua domo, vel empta, vel conductitia, ut tenuit Rota in Adiacen. benef. 15. Aprilis 1622. coram Coccino, quam refert Bar-*

Barbos. d. par. 3. alleg. 77. numer. 25. Garc. par. 12. d. cap. 2. numer. 195. & seq. ubi alias Rota decisiones refert.

Hoc autem intellige, quando vnio fit ab inferiore. secus si fiat à Papa, qui potest Seminario nõdum erecto, sed erigendo vnire, vt pluries resoluit Rota apud Beltramin. ad Greg. dec. 258. num. 10. in fin. idemq; dicendum, si vnio taliter facta ab Episcopo confirmetur auctoritate Papæ cū clausula, supplentes &c. Card. Cauale. decis. 411. num. 2.

Consent tamen nonnulli Doctores, posse etiam inferiorem Seminario etiam futuro beneficia vnire, etiam si nec domus sit empta, nec fabrica constructa, neque scholares actualiter admissi sint, dummodò muri eiusdem Seminarij sint erecti, eiusque fabrica cõtinuetur, seruata in reliquis forma Sac. Concilij Tridentini: idque probant tum ex Cone. d. sess. 23. c. 18. ibi, & quia ad Collegij fabricam instituendam, & infra, nec non beneficijs aliquot simplicia &c. huic collegio applicabunt, & incorporabunt: tum etiam quia futuro Collegio, & Hospitali, vel ecclesie construendę potest legari, & hæreditas relinqui c. 3. & ibi glos. in ver. in loco, & DD. de Testament. l. seruos 35. ff. de liber. caus. ita Gonz. ad reg. 8. Cane. glos. 5. §. 7. num. 75. & seq. Beltramin. ad Greg. decis. 258. num. 10. quibus ad de Casar. de Grass. decis. 1. de Reb. eccl. non alien. quem refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccl. p. 3. resolutione 417. Gratian. discept. 278. numero 40. & seq.

10 Quarto requiritur, quod ante vnionem fiat contributio de fructibus mensæ Episcopalis, & Capitularis, & cunctorum beneficiorum Diæcesis, alias vnio esset nulla Rot. dec. 361. num. 3. & seq. p. 2. Recent. & coram Card. Cauale. dec. 472. num. 1. & 2. Ricc. d. par. 3. resol. 417. num. 8.

Debet igitur Episcopus primū ex sua, & capituli mensa contribuere Seminario, & postea cogere alios suo exemplo ad huiusmodi contributionem Rot. in Auersana beneficiorū 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, quam refert Barbos. loco cit. num. 2. Zerol. in Prax. Episc. ver. Seminarium §. ad quintum par. 1. vbi etiam ex sententia Sac. Cong. resoluit taxam esse faciendam ad rationem mediæ decimæ, si Seminariū erectū fuerit post diem 11. Iulij 1567. nā si illud antea fuerit erectum, potest exigi ea taxa, quę exigi consuevit.

Potest tamen Episcopus in faciendā huiusmodi taxa pro seminarijs seruata forma tradita à Concilio Tridentino onerare beneficia nedum in dimidia decima habito respectu ad antiquam taxā iuxta Pij V. decretum, sed etiam in maiori summa, prout beneficiorum, & locorum habito respectu iustum, & equum fuerit ex decreto Clem. VIII. sub die 7. Octobris 1592. relato per Garc. par. 12. c. 2. numer. 107. in fin. & ita censuit etiam Sac. Cong. apud Farinac. decis. 160. par. 4. Diuers.

12 Ad hanc autem contributionē tenentur etiam Cardinales de fru-

fructibus beneficiorum, quæ habent in Diocesi, ubi est Seminarium, ut declarauit Sac. Congregatio Concilij teste Ricc. in Collec. decis. 2625. par. 7.

13. Notandum tamen est, quod si fructus, & redditus Canonicatum consistant in distributionibus quotidianis, quæ dari solent duntaxat ijs, qui diuinis officijs interfunt, non tenerentur Canonici ad Seminarij contributionem, ut censuit Sac. Congregatio Concilij apud Farinac. dec. 71. par. 4. Diuers.

14. Notandum 2. quod super Hospitali, quod neque in titulum, neque in administrationem datur, sed merè laicale est, non potest taxa ratione Seminarij imponi eod. decreto eiusdem Sac. Congregationis relato per eundem Farinac. decis. 113. d. par. 4. Diuers. & colligitur ex Concilio Tridentino sess. 23. d. cap. 18. ibi, & Hospitalium, quæ dantur in titulum & administrationem &c.

15. Observant 5. quod si Papa contulerit beneficium ad alicuius instantiam non facta mentione vnionis, prouisio erit nulla; secus si proprio motu conferat: quia tunc tenet prouisio etiam non facta mentione de vnione: & ideo eo casu suspenditur vnionis effectus pro tempore prouisi de illo à Papa Garc. de Benef. par. 12. d. cap. 2. num. 91. & 94. & alij, quos refert, & sequitur Zerol. in Prax. Episc. par. 1. in ver. anno 9. ad septimum dub. 1.

16. Observant 6. Episcopum non posse vnire beneficia reseruata

in casibus, in quibus non datur expressa facultas ea vnendi: unde licet Episcopus possit in sua Cathedrali ecclesia Pœnitentiarium cum vnione præbendæ proximè vacaturæ etiam sine consensu Capituli instituire iuxta Conc. Tridentinum sess. 24. de ref. c. 8. ac declarationes Sac. Congregationis, quas refert Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 487. tamen huiusmodi vnio non comprehendit præbendam vacantem in mensè Sedi Apostolicæ reseruato, seu alias eidem Sedi affectam: quia in d. decreto Concilij c. 8. nulla fit mentio de reseruatis; sed tunc collatio ad Papam pertinet ratione reseruationis, ut resoluit Sac. Congregatio, ac Rotæ Romana teste eodem Ricc. d. ref. 487. & in Collec. dec. 2492. p. 7. Barbof. d. part. 3. all. 55. num. 3. Garc. in Addit. ad 5. par. cap. 4. nu. 127.

17. Observant 7. quod ad vnionem ritè faciendam requiritur 1. iusta causa, videlicet, vel necessitas, vel euidens ecclesiæ utilitas cap. exposuisti de Præb. cap. 1. de Reb. eccl. non alien. in 6. clem. 1. eod. tit. & notant Doctores apud Barbof. d. par. 3. all. 66. nu. 15. alias vnio facta esset nulla eo ipso tam de iure communi, quam ex Concilio Tridentino, ut dicit Garc. de Benef. par. 12. cap. 2. num. 113. & 203. & alij communiter.

18. Secundo vocari debent ijs, quorum interest, siue in quorum præiudicium vnio cedere potest Pat. decis. 394. lib. 2. quem refert Ricc. in Collec. dec. 720. par. 3. & ideo requiritur consensus inferioris

rerioris Collatoris, seu Prælati, ad quem uniendo beneficij collatio spectat *clem. n. in agro S. ad hęc de stat. Mon. ubi.* & si beneficium esset de Iure patronatus laicorū, 19 requireretur consensus Patroni, ut aperte constat ex Concilio Tridentino sess. 24. de ref. cap. 15. cap. suggestum de Iurepatr. & pluribus Rota decisionibus probat Ric. in Collect. decis. 2477. par. 6. & in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 179. ubi id ampliatur etiam patronis non contradicentibus, & alij plures, quos refert, & sequitur Barbof. d. par. 3. all. 66. num. 19. & all. 68. n. 9. Paris. de Resign. Benefic. lib. 2. q. 4. num. 11. Zerol. in Prax. Episc. p. 1. ver. unio S. ad septimum dub. 4. & alij communiter. & hoc etiam procedere in iurepatr. mixto dicit Ric. ubi supra d. p. 1. ref. 207. & si plures sint Patroni, omnium requiritur consensus, ut decisum refert Barbof. d. all. 66. nu. 19. ubi etiam resoluit, consensus Patroni non præsumi, nec de eo dari assertioni Episcopi: alias unio esset nulla, & inualida, etiam si fieret per legatum de latere Verall. decis. 346. & 350. par. 3. quem refert Ric. in Collect. dec. 2477. par. 6. & in Prax. for. Eccles. ref. 207. & 387. par. 1. ubi alias Rota decisiones refert.

An verò in unione huiusmodi exigatur consensus Patroni ecclesiastici? affirmatiue respondet Couar. pp. qq. cap. 36. numer. 11. & constat ex d. cap. suggestum de Iurep. contrarium tamen tenent nonnulli recentiores existimantes, in hoc fuisse correctum ius

commune per Concilium Tridentinum d. sess. 24. cap. 15. ubi decernitur, consensus Patroni esse requirendum, si de Iurepatr. Laicorum sint: ex quo colligitur à contrario sensu, posse Episcopum unire absque assensu Patroni ecclesiastici, ita Sanch. in Præcept. Decal. to. 2. lib. 7. cap. 29. num. 185. Barbof. d. par. 3. all. 66. num. 31.

20 Beneficiati verò consensus non requiritur, quia unio fit sine præiudicio obtinentium *Clem. si una de reb. eccles. non alien. Conc. Tridentinum sess. 21. de ref. cap. 5. & sess. 23. cap. 18. Nau. cons. 1. n. 11. de Restit. Spol. Ricc. in Collect. dec. 2477. par. 6.* immò etiam si ageretur de Rectoris præiudicio, adhuc non esset necessarius eius consensus, ut in terminis dismembrationis fructuum parochialis est textus in cap. ad audientiam de eccles. adif. & Conc. Tridentinum sess. 21. de ref. c. 4. Rot. coram Martin. Andr. decis. 59. num. 4. quamuis contrarium alias tenuerit Rota, ut dicit Beltram. ad Greg. dec. 504. nu. 9. necessariam tamen esse in tali casu vocationem Rectoris dicit Lotter. apud Barbof. d. p. 3. all. 67. nu. 20.

21 Tertio requiritur consensus Capitali tam de iure communi cap. cum nos, & cap. pastoralis de His, que fiunt à Prælat. cap. pastoralis, & ibi glos. fin. de Donat. *clem. si una de Reb. eccles. non alienan.* quam iure nouo Concilij Tridentini d. sess. 24. de ref. cap. 15. ita ut contrarium de consuetudine introduci non possit *secundum glos. in d. clem. si una ver. consentien-*

Ricc. in d. Collect. dec. 2477: par. 6. & alios apud Barbof. d. p. 3: all. 66: num. 23: quod procedit, etiam si ad unionem Episcopi procedant tamquam sedis Apostolicę delegati secundum Garc. de Benef. d. par. 12: cap. 2: num. 158. & alios apud Barbof. d. p. 3: all. 66: numer. 29. satis tamen esset, si huiusmodi assensus postea accedat d. c. suggestum de Iurepatr. Garc. loco cit. d. cap. 2: nu. 147: & seq. & alij communiter.

22 Si verò Capitulum, aut alij, quorum interest, sine iusta causa cōtradican, possent compelli Barbof. d. all. 66: num. 2: 1: vel poterit Episcopus etiam ipsis inuitis ad unionem procedere, si causa necessitatis notoria sit arg. cap. ad audientiam de eccles. edific. Cōcil. Tridentinum sess. 21. de ref. c. 4. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 9. Rota coram Andr. decis. 59: num. 4. verū si unio fiat Seminario, tunc consensus Capituli non requiritur, sed eius loco consilium quatuor Deputatorum, ut dicit Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 415. & censuit Sac. Cong. apud Farinac. dec. 90. par. 4. Diuers.

23 Non potest tamen Episcopus etiam cum consensu Capituli 26 quemadmodum neque ad dis- membrationem satis esset sola numerositatis populi, quia tunc posset prouideri per adiunctionem aliorum Sacerdotum, qui coadiuuent Rectorem; sed ultra dictam numerositatem requiritur magna distantia loci, vel alia necessitas euidentis, puta si extaret medius flumens, vel Torrens inter ecclesiam, & partem po-

consequentiam, & indirecte cederet in vtilitatem Capituli; quia tunc unio valeret Rot. decis. 1. de eccles. edific. in antiq. & dec. 133: num. 7. & 8. par. 2. Diuers. vbi resolutum fuit, validam esse unionem factam ad fauorem fabricę, etiam si mediante unione capitulum eximatur ab oneribus fabricę, ad quę de iure tenetur iuxta cap. fin. de His que fiunt a maior. par. cap.

24 Obseruant 8. quod eadem causa, ac solemnitas, quę requiritur in unione, exigitur etiam in suppressione, ac dismembratione cap. fin. de verb. signif. Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 15. Garc. d. par. 12. cap. 2. num. 202. Card. Caualer. dec. 439. Ricc. in Prax. par. 4. ref. 545. Greg. dec. 504. & ibi Add. Barbof. d. par. 2. all. 67. num. 16.

25 Notandum tamen est, quod ad suppressionem non sufficeret sola diminutio fructuum, nisi etiā probetur deficientia, seu penuria beneficiorum simplicium, quę potuissent uniri Rot. d. decis. 439: num. 5. coram Caualer. vbi dictum fuit, suppressionem permitti & Concilio in subsidium non existentibus beneficijs simplicibus:

KK puli

- puli illi subiecti, qui saepe exundās ita iter obsideat, vt aliquando cogantur infirmi sine ecclesiasticis Sacramentis decedere, vt constat. ex Cons. Trid. sess. 21. de ref. cap. 4. cap. ad audientiam, vbi glos. in ver. magna difficultate de eccl. a. dis. & resoluit Rota decis. 288. n. 1. & 2. par. 2. in Recent. quam refert Beltram. ad Greg. decis. 504. nu. 8. Barhof. d. par. 3. all. 68.
- 27 Quare cum talis causa. de necessitate requiratur, non credetur Episcopo asserenti, eam interuenisse, nisi formiter probetur Bart. communiter receptus in l. si forte num. 5. ff. de Castr. pecul. presumitur tamē ex cursu 30. annorū Rot. coram. Greg. d. decis. 504. nu. 6. eūmodō in decreto suppressionis vel dismembrationis, vel vnionis de huiusmodi causa facta fuerit mentio: quia cum sit concludenter probanda, ideō requirit scripturam; alias ex cursu, seu diuturnitate tēporis non præsumeretur Ricc. in Prax. d. par. 4. ref. 547. vbi citat Felin. in cap. sicut de Re Iud. Ruin. cons. 69. vol. 1. & con. 49. volumine 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus beneficij sunt qui ex beneficio, & occasione beneficij percipiuntur.
- 2 Quid veniat nomine fructuum.
- 3 Quae sit differentia inter Syluā caduam, & non caduam.
- 4 Arborea fructifera, Thesauri, lapidicina mormorea, aurifodina, argentifodina non pertinent ad beneficiatum, sed ad ecclesiam.
- 5 Fructus regulariter intelliguntur deductis impensis, & qui sumptus deduci debeant.
- 6 An deducendum sit salarium factoris, ibidem.
- 7 Quando substatueatur donatio facta ultra 500. aureos sine insinuatione.
- 8 Valor beneficij ille tantum intelligitur, qui superest deductis oneribus, & quae onera in hoc casu deducenda sint.
- 9 Duplex est consideratio fructuum, alia scilicet civilis, & alia naturalis.
- 10 In fructibus civiliter acceptis fit deductio impensarum, secus si naturaliter accipiantur.
- 11 An in decimis, quae debentur ecclesijs, expensae deducantur.
- 12 Et an deducantur, quando diuiduntur fructus inter emptorem, & venditorem, inter colonum, & Dominum, vel quando fit mentio de fructibus pendētibus, seu extantibus.
- 13 Et an deduci debeāt in legato fructuum, ibidem.
- 14 Si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas repetere.
- 15 Etiam male fides possessor impensas necessarias deducit.
- 16 Quando impensa vtilis, & voluptuaria deducantur.
- 17 Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij civiles, & numero 16. & 17.
- 18 Fructus civiles, & industriales

- les confunduntur.
- 19 Item fructus alij sunt pēdentes, alij percepti.
- 20 Attento iure communi fructus naturales & industriales collecti, & à solo separati, ac etiam ciuiles maturati ante obitum Beneficiati spectant ad heredes ipsius beneficiati.
- 21 Fructus dicuntur cōsignati beneficiato, si alteri suo nomine fuerint consignati.
- 22 In locationibus fructuum non cōsideratur dies solutionis affectus sed tempus perceptionis fructuum.
- 23 Fructus pendentes, & à solo nō separati spectant ad successorem in beneficio.
- 24 Quid in pensione, quæ pro fructibus honorum venditorum percipi solet
- 25 Quando fructus ciuiles pertineant ad successorem, & quando ad heredes beneficiati.
- 26 Ad quem spectent expensæ per Prædecessorem factæ in lite pro defensione iurium ecclesie, si in illis pars aduersa condemnetur.
- 27 Hodie ex Cōstitutione Iulij III. fructus maturati, & non exacti spectant ad successorem in beneficio.
- 28 An dicta constitutio procedat in locis, ubi collectores à Camera Apostolica deputantur.
- 29 An dicta constitutio locum habeat, ubi adesset contraria consuetudo.
- 30 Quando heredes beneficiariorū teneantur supportare onera Beneficiorum.
- 31 An dicta constitutio Iulij III.

procedat, ubi clerus alicuius Diæcesis super spolijs compositionem fecerit.

- 32 Et an locum habeat in fructibus quotidianarum distributionum.
- 33 Et an dicta constitutio locum habeat in pensionibus.
- 34 An pensiones debeantur heredibus pensionarij pro rata temporis, vel potius pro rata fructuum perceptorum.
- 35 Quid si fructus nondum erant percepti.

C A P. IX.

Quomodo diuidantur fructus inter heredes Beneficiati, & successorem in beneficio.



D faciliore huius rei intelligentiam notandum est primò, quod fructus beneficij sūt qui ex beneficio, & occasione beneficij percipiuntur Bart. in l. cum in plures circa med. ff. locat. Bald. in l. 1. num. 19. C. de fruct. & lit. expens. Gabr. cons. 164. num. 8. vol. 2. nomine verò fructuum veniunt ea omnia, quæ ad vsum hominis inducta sunt Papiens. in forma libell. in action. real. in glos. simul cum fructibus num. 7 & nō solum quæ sunt destinata ad esū & potum, sed ea etiam, quæ quomodocumque conferunt ad vsum humanum Menoch. cons. 66. nu. 1. lib.

lib. 1. *Gratian. discept.* 615. num. 42.
Gen. de Genfib. in addit. ad par. 1. c.
 2. q. 2. ar. 1. num. 5. Vnde pecunia
 etiam inter fructus rei computatur,
 quando res in pecunia locari
 consuevit *Bart. in l. fundi Tre-*
batian. num. 3. ff. de usufr. leg. Nat.
cons. 536. nu. 3. & 4. Surd. dec. 282.
num. 33. item arundines, & arbo-
 res, seu Syluæ cædæ inter fructus
 computantur *l. qui fundum S. ult.*
ff. de contrab. empt. l. diuortio S. si
fundum ff. sui matr.

3 Hæc autem inter syluam cæduâ,
 & non cæduam est differentia,
 quod usufructuarius ex nō cædua
 uti potest ad usum suum tantum,
 & non vendere, sed ex cædua po-
 test totum accipere, & vendere
Boer. decis. 51. num. 9.

Venatio verò fructus non est:
 nisi fructus fundi in venatione
 consistat *l. Venationem ff. de usur.*

4 Item arbores fructifera, thesauri,
 lapidicinæ marmorea, aurifodinæ
 argentifodinæ, quæ non renascun-
 tur, in fructu non sunt *l. diuortio*
S. fundi ff. sol. matr. Boer. d. dec. 51. n.

2. quæadmodum nec pretium rei fru-
 ctus nomine venit *Bald. in c. gra-*
uis num. 5. de Restit. spol. & cons.
495. in fin. vol. 3. Ciurb. dec. 72. n. 8.
 Vnde hæc non pertinent ad be-
 neficiatum, sed ad ecclesiã arg.

l. dec. in l. Diuortio S. si fundum ff.
sol. matr. Quarant. in ver. Alienatio
rerum eccles. num. 25. in fin. The-
 saurum verò de consuetudine to-
 zius mundi spectare ad Principem
 dicit *Couar. quem refert, & se-*
 quitur *Loccatell. de quest. Iudic. in-*
spec. 5. num. 286. quod intellige
 quando reperitur in re priuati, nō

autem in re ecclesiæ, quæ est exē-
 pta ab omni secularis Principis
 Iurisdictione, ut dicit *Ricc. in*
Collect. dec. p. 2. collect. 331.

5 Cum autem fit mentio de fru-
 ctibus, illi intelliguntur semper
 cum deducione impensarum fa-
 ctarum in eis quærendis, colligē-
 dis, & conseruandis etiam à ma-
 le fidei possessore *l. si à Patre, vel*
a Domino S. fructus ff. de petit. ha-
red. l. 1. ubi glos. C. de fruct. & lit.
expens. Bart. & Doctores in l. fru-
ctus ff. sol. matr. Azo. in sum. in
Rubr. C. de fruct. & lit. expens. n. 1.
Surd. decis. 282. num. 31 Menoch.
cons. 64. nu. 22. vol. 1. Vnde deduci
 debent sumptus facti in cultura,
 in cura, administratione, & custo-
 dia, mercedes datæ operarijs, pre-
 tium operarum suarum, & labo-
 res in fructibus colligendis *Bart. in*
l. 1. in fin. ff. de impen. in reb. do-
fact. Bal. in l. 1. num. 5. & 22. C. de
fruct. & lit. expens. Couar. var. ref.
lib. 1. capit. 3. numer. 3. Tirag. de
Retract. lignag. seu Gentilit. lib. 1. S.
15. glos. 1. n. 1. & 30. Caroc. de Locat.
& conduct. quest. 10. num. 37. Sala-
 rium tamen factoris regulariter
 deduci non debet *Card. Gualter.*
dec. 362. num. 2.

6 Hinc fit, ut licet donatio, quæ
 excedit 500. aureos, nihil valeat
 sine insinuatione, sed tantum sub-
 stineatur vsque ad 500. aureos *l.*
fancimus C. de donat. si tamen fiat
 donatio ultra 500. aureos, sed de-
 tractis oneribus, puta gabella, &
 alijs impensis non remanerent au-
 rei 500. non requireret insinua-
 tionem *Bart. in l. quoties ff. ad l.*
Falcid. Ias. in l. cum. quedam

S. 240.

S. quoties num. 9. ff. de Iurisdic. omn. Iud. Tiraq. de Retract. lignag. seu Gentilit. lib. 1. §. 15. glos. 1. numero 4.

7 Ex dictis sequitur, quod valor beneficij ille tantum intelligitur, qui superest deductis oneribus *Bald. in l. 1. num. 8. vers. pone C. de fruct. & lit. expens. Crescent. dec. 2. de Probat. Greg. decif. 273. nu. 3: Cavaler. dec. 383. nu. 2: Felin. in cap. ad aures num. 13: de Rescript: sed in hoc casu vitra expensas supradictas deducendi sunt etiam sumptus pro cultu diuino, videlicet pro cera, hostijs, vino, & oleo pro luminaribus Sanctissimi Sacramenti, & musica in festiuitate ecclesie *Card. Cavaler. decif. 462: num. 3:**

8 Obserua tamen, quod duplex est consideratio fructuum, quedam scilicet intellectualis, quedam verò demonstratiua ad oculum, siue alia est interpretatio ciuilibus, alia naturalis, quam distinctionem commendat *Abb. in capitulo Pastoralis numero 9. de Decim.*

9 Primò modo quando fructus nominantur à lege, siue à Iudice, procedunt ea, quæ supra diximus de deductione impensarum *Abb. in d. cap. pastoralis n. 9: Bald. in l. 1. num. 1. & seq. C. de fruct. & lit. expens. idem esset, si testis deponeret de fructibus, quia censereur deponere deductis impensis *Felin. in c. ad aures num. 13: de Rescript: Gregor. dec. 273: nu. 3:**

Secundo modo nõ deducuntur impensæ, quia fructus naturaliter acceptus non admittit expensam

rum deductionem, ut d. *Abb. loco cit: ita in Decima prædiali, quæ debetur ecclesie, non deducuntur capitua nobis cap. pastoralis c. non est in potestate & cap. cum homines de Decim. glos. in l. si à Patre §. fructus ver. deductis impensis in fin. ff. de Petit. hered. DD. in l. fructus ff. sol. matr. Campes. de Dot. par. 2. quaest. 12: numer. 1: hoc tamen procedit tantum in decima reali, quæ præstatur ex fructibus, seu pensionibus rerum: secus est in Decima personali, quæ scilicet soluitur ex aliqua negotiatione: ex ea enim deducuntur impensæ *d. cap. pastoralis de Decim. glos. in d. l. si à Patre §. fructus ver. deductis impensis Bald. in l. 1. num. 3. in fin. C. de fruct. & lit. expens. & ratio est, quia in negotiatione decimæ soluenda est de lucro: lucrum autem non consideratur nisi deductis impensis *Abb. in d. cap. pastoralis n. 1.***

11 Ità etiam impensæ non deducuntur, quando corporaliter diuidantur fructus inter emptorem & venditorem, inter colonum, & Dominum: sicut neque deducuntur, quando fit mentio de fructibus pendentibus, seu extantibus, puta vendo, seu dono tibi omnes fructus, qui sunt in tali agro meo *Bald. in l. 1. numer. 3. & 18. C. de fruct. & lit. expens. Abb. in d. cap. pastoralis num. 9. de Decim. latè Tiraq. de Retract. lignag. ut supra lib. 1. §. 15. glos. 1. nu. 18. 19. & 22. & hoc procedit etiam in legato fructuum, quod omninò esset inutile, si impensæ deducuntur, ut est casus in l. qui con-*
subi-

cubinam §. hortos iuncta glos. in ver. praestaturam ff. de leg. 3. & notat Tirag. loco cit. nu. 16.

12 Ex dictis inferitur, quod si debitor condemnatus ad restitutionem fructuum, illos integros ignoranter restituerit sine deductione impensarum, potest illas ab Aduersario repetere *Tirag. ubi supra §. 15. glos. 1. lib. 1. nu. 31.*

13 quod procedit non solum in impensis necessarijs, cum etiam male fidei possessor illas deducat *Bart. & alij in l. in fundo ff. de Rei*

14 *vendic. sed etiam in vtilibus, dummodo faciens esset bonae fidei possessor, & euincens esset facturus, vel venditurus, aut esset diues, quia tunc faciens deducit pro ipsis quantum res ipsa est effecta pretiosior d. l. in fundo Boer. dec. 44. nu. 8. in impensis autem voluptuarijs permittitur solum abrasio, nisi ipse Dominus fuisset alias facturus, aut distracturus: tunc enim huiusmodi Impense reputantur vtilis, & deducuntur *Bart. in d. l. in fundo n. 10. ff. de Rei vendic. Boer. d. decis. 44. num. 10. par. 1.**

15 Notandum 2. quod fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij ciuiles; naturales sunt in quibus producendis magis operatur ipsa natura, quam hominis industria: quales sunt fylvarum, & lignaminum fructus, foenum, & arundines *Peregr. de fideicom. art. 49. num. 128. item Pratorum herba, & fructus omnes ex arboribus pomiferis, vt glandes, castaneae, poma, & similia Azo. in Summ. in rubr. C.*

de Rei vendic. nu. 18. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. num. 6.

16 Industriales sunt, in quibus producendis magis operatur industria hominis, quam natura *l. fructus ff. de vsur. glos. in l. & ex diuerso ver. non habendam ff. de rei vendic. Nat. cons. 141. num. 2. Gab. cons. 164. num. 8. & seq. vol. 2. Ang. de Aret. in §. si quis a non Domino num. 3. Instit. de Rei diuis. tales sunt qui appellatione frugum continentur, vt segetes, puta frumentum, hordeum, legumina, linum, canipum, & omnia, quae culturam hominis in agro desiderant *Mynsing. in §. si quis a non Domino nu. 7. Instit. de Rei diuis. late Peregr. de fideicom. ar. 49. numero 129.**

Inter fructus industriales numerantur etiam oleum, & vinum, lac, & lana propter magnam industriam, quae in eis requiritur *Bart. in d. l. & ex diuerso num. 2. ff. de Rei vendic. Campegr. de Dot. par. 1. q. 7. num. 2. Peregr. d. art. 49. num. 129. Saccarum quoque fructus industrialis censetur, licet quo ad effectum de cimarum omnia fructus naturales reputetur *Put. decis. 80. per tot. lib. 1.**

17 Fructus ciuiles sunt qui non ex re, sed ex prouisione hominis queruntur, & percipiuntur propter rem, siue occasione rei; tales sunt pensiones domorum, vecturae nauium, census, & similes *Bart. in d. l. & ex diuerso nu. 1. ff. de rei vendic. Alex. cons. 56. num. 9. lib. 4. cum alijs, quos refert Caroc. de Locat. & Conduct. p. 5. de verb. sign. num. 9. Rota apud Pacif. de Salu.*

- Salu. interd. decis. 225. nu. 1. & coram Card. Caualer. dec. 104. nu. 1. & coram Coccin. decis. 95. nu. 5.*
- 18 Obserua tamen, quod fructus ciuiles, & industriales confunduntur, & vnum pro alio vsurpatur *Natt. conf. 141. num. 2. Peregr. vt supra art. 49. num. 129. Gab. conf. 164. num. 15. & 16. lib. 2. vnde ab aliquibus Doctoribus diuiduntur fructus in naturales, & industriales tantum; propterea ad litium decisiones hi ciuiles fructus non naturalibus æquiparandi sunt, sed industrialibus, cum verè in illis plus operetur industria, quàm natura *litè Gabr. d. 65. 164. n. 17. & 18. qui verò fructus dicantur potius industriales, quam naturales, & è contra, remittitur arbitrio Iudicis Bart. in d. l. & ex diuerso num. 2. Couar. var. resol. lib. 1. c. 3. num. 6.**
- 19 Sunt etiam alij fructus pendentes, qui scilicet terra adhuc continentur, alij percepti, qui iam à solo sunt separati *Azo in Sum. in rubr. C. de Rei vendic. n. 18. Mantio. de Tacit. & ambig. to. 1. lib. 1. tit. 2. 3. num. 15.*
- 20 His positis dico, quod attento iure communi, fructus naturales, & industriales collecti, & à solo separati, ac etiam ciuiles debiti, vel maturati ante obitum Beneficiati etiam non exacti spectant ad hæredem Beneficiati defuncti *iuxta terminos l. Defuncta, vbi Doctores ff. de vsufr. Rot. decis. 761. par. 1. Diuer. Ludouic. decis. Perus. 33. nu. 1. Nauar. de Redit. Benefic. q. 2. mon. 13. & conf. 7. num. 1. de Success. ab intest. & conf. 3. de Do-*
- nat. Bonacin. in tract. de obligat. Beneficior. disp. 4. pun. 3. num. 8. to. 1. & alij permulti, quas refert, & sequitur Viuian. in Praxi. Iuris. par. 3. lib. 14. cap. 8. num. 6. & hanc esse communem, & probabiliorem d. Barbof. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 117. num. 6. etiam si non essent per Beneficiatum percepti, & in horrea reconditi, vt decisum refert Bonacin. loco cit. d. disp. 4. pun. 3. num. 3. & communem dicit Tiraq. de Retract. conuent. §. 5. glo. 4. nu. 1. in fin. sufficit enim, quod separatio à solo facta fuerit nomine ipsius Beneficiati, vt præsumitur facta per debentes decimas, & colonos. Nau. d. conf. 3. nu. 12. de Donat. quicquid dicat Bellett. In Disquis. cleric. tit. de Bon. cleric. §. 15. n. 5. quemadmodum fructus dicuntur consignati Beneficiato, si alteri suo nomine fuerint consignati *Calderin. conf. 2. num. 1. vers. & intelligitur horreo suo, vel alieno suo nomine de Pecul. cleric. Coccin. dec. 476. nu. 3. Beneficiatus enim comparatur usufructuario secundum glos. communiter receptam in cap. si propter ver. primi anni de Rescriptis in 6. ad quem spectant omnes fructus suo nomine à solo separati iuxta verioreni intellectum l. si usufructuarius ff. Quib. mod. usufruct. amitt.**
- 22 Idem dicendum, si fuissent locati, & dies solutionis affictus venerit post mortem Beneficiati; quia de tali affictu, seu pretio locationis, quod debetur ratione fructuum, idem indicatur quod de fructibus, quorum loco affictus

- aus subrogatur: unde non consideratur dies solutionis affectus, sed potius tempus perceptionis fructuum, pro quibus affectus soluitur. *Bonac. in to. 1. in tract. de obligat. Benefic. disp. 4. pun. 3. num. 8. Card. Cavaler. dec. 104. numer. 5. & 6.*
- 23 Fructus vero pendentes, & a solo non separati spectant ad Successorem in Beneficio *Barb. loco cit. ubi alios refert Bellett. d. 9. 15. num. 4. & decisum refert Bonac. in loco cit. pun. 3. num. 7. etiam omnes maturi essent, & proximi recollectioni Tiraq. de Retract. conuent. d. 5. glos. 4. in princip. Nauar. locis cit. & hanc esse communem dicit. Bellett. ubi supra nu. 4. fructus enim pendentes pars fundi sunt, & ideo eadem vendicatione veniunt propter unitatem l. fructus pendentes iuncta glos. in ver. ars fundi ff. de Rei vend. Arg. de Aret. in d. & si in rem. Instit. de offi. Iud. Honded. conf. 85. nu. 9. lib. 2. & in his terminis intelligi debet textus in cap. cum vos de offi. ordin. & in cap. fin. eod. tit. in 6. cap. quia sepe de elect. in 6. clem. Statutum eod. tit. de elect.*
- 24 Idem dicimus in pensione, que pro fructibus bonorum venditorum percipi solet: nam si tempore venditionis fructus illi erant pendentes, pensio debetur emptori; si vero fructus, pro quibus soluitur pensio, tempore venditionis iam erant a solo separati, tunc sicut fructus illi non pertinent ad emptorem; ita nec ei debetur pensio pro illis soluenda: sed in totum debetur venditori,
- etiam si tempore venditionis dies soluenda pensionis non venerit *Bellett. loco cit. 9. 16. num. 6. ubi citat Salic. in l. fructus nu. 3. & ibi etiam Bald. nu. 7. ff. de Rei vendic. Rom. in conf. 10. Alex. conf. 82. n. 16. vol. 2. Ferrett. conf. 151. nu. 5. vol. 1. & conf. 256. num. 1. lib. 2.*
- 25 Similiter fructus civiles, quorum ante obitum Beneficiati adhuc non venerat dies solutionis uti pendentes spectant ad Successorem *Tiraq. de Retract. Conuent. d. 5. glos. 4. in princ. Card. Caval. dec. 104. nu. 1. Rot. apud Pacific. de Saluian. Interd. decis. 225. nu. 6. si vero redditus ecclesie consistant in ijs fructibus civilibus, qui dietim percipiuntur, puta in vectigalibus, seu gabellis, operibus seruorum, vsibus nauium &c. tunc huiusmodi fructus spectant ad Beneficiatum, vsque ad diem obitus, & per consequens ad eius heredes, etiam si solutionis dies adueniat post mortem Beneficiati: certum enim est, quod hec dietim percipiuntur, quamuis ratione commodioris exactiois solutio destinata sit ad certum, tempus *Gabr. conf. 191. nu. 5. vol. 2. Honded. conf. 85. nu. 8. vol. 2.**
- 26 Quares, ad quem spectant expense per predecessorem facta in lite pro defensione iurium, seu bonorum ecclesie, si in illis pars aduersa condemnetur? Resp. quod spectant ad Successorem, non autem ad heredes, si Predecessor obierit, antequam sententia transuerit in iudicatum: huiusmodi enim expense equiparantur meritorum factis in rebus

- rebus ecclesie, quæ cedunt solo
*Rot. decis. 761. & 809. p. 1. Divers.
 Bellett. tit. de Bon. cleric. §. 17. per.
 tot. ubi citat Sard. conf. 333. nu. 26.
 vol. 3. Abb. in c. fin. de pecul. cleric.
 Dec. conf. 512. Bursat. conf. 226.
 num. 92. & seq. vol. 3. & alios.*
- 27 Hodie verò servatur constitu-
 tio Iulij III. ab Urbano VIII. con-
 firmata, ut refert *Barbof. de offic.
 & pot. Episc. par. 3. all. 117. nu. 7. &
 post 3. par. ut supra fol. 68.* qua ex-
 pressè disponitur, fructus matu-
 ratos, & non exactos spectare ad
 successores, non autem ad hære-
 des, etiamsi dies solutionis viue-
 te Beneficiario venerit, & per ip-
 sum non steterit, quominus illos
 exegerit.
- 28 Obseruant tamen Doctores,
 quod hæc constitutio locum ha-
 bet in ijs tantum locis, vbi Colle-
 ctors spoliatorum pro Camera A-
 postolica deputari non consueue-
 runt, non autem vbi dicti colle-
 ctors à Camera apostolica depu-
 tantur; quia tunc omnes huiusmo-
 di fructus inexacti ad eandem
 Camera spectant *Seraphin. decis.
 594. num. 14. Ludouic. decis. Perus.
 33. num. 1. in fin. Honded. conf. 85.
 num. 37. vol. 2. Bellett. d. tit. de Bon.
 Cleric. §. 15. num. 11. & 12. Ricc. in
 Collect. dec. 657. par. 3. ubi etiam re-
 ferunt, quod ita idem Iulius III.* 30
declarauit.
- 29 Obseruant 2. quod hæc consti-
 tutio Iulij III. non haberet locum
 vbi adesset contraria consuetudo,
 quod huiusmodi fructus à solo se-
 parati, seu alias debiti ante obi-
 tum beneficiati pertineant ad hæ-
 redes, etiamsi exacti non sint *arg.*
- cap. fin. de offic. ordin. in 6. Bonacin.
 in tract. de obligat. benefic. disp.
 4. pun. 3. num. 7. Rot. coram Coccin.
 decis. 376. num. 2. & decis. 476. n. 4.
 & in Bracharen. fruct. num. 3. De-
 cembri 1527. coram Perouano, quæ
 refert Barbof. d. par. 3. post. all. 117.
 illamque non seruari in statu me-
 diolanensi, testatur Mar. Antoniu.
 var. resol. lib. 1. res. 46. num. 4. Garc.
 de Benefic. par. 2. cap. 1. n. 104. neq;
 seruari in Gallia, & Hispania di-
 cit Nau. conf. 4. de success. ab intest.
 & de Redit. eccl. q. 2. mon. 26. & iuxta
 hanc consuetudinem pluries iu-
 dicauit Rota in Corduben. Benefi-
 ciorum 24. Martij 1623. coram Card.
 Caualer. in impress. decis. 638. & cor-
 ram Coccin. d. decis. 376. & 476. ubi
 alia decisiones allegantur, ut notat
 etiam Viuian. par. 3. lib. 14. cap. 8. n.
 11. Nau. locis proximè citatis, vbi
 dicit, quod dicta constitutio Iu-
 lij III. dura semper visa fuit. Vn-
 de in Regna Hispaniarum non
 transmittuntur collectores nisi re-
 spectu ecclesiarum Cathedralium
 ut dicit Coccin. d. decis. 376. nu. 4.
 consuetudo verò in tali casu pro-
 bari debet cum solitis requisitis,
 nempe ex vsu populi, frequentia
 actus, & diuturnitate temporis
 Rota in d. Bracharen. coram Pi-
 ouano.*
- 30 Tenentur tamen heredes Be-
 neficiarios in tali casu suppor-
 tare onera Beneficiorum vsque
 ad nouos fructus, & præcipue in
 parochialibus ecclesijs *d. c. fin. de
 offic. ordin. in 6. Bellett. loco cit. §. 15.
 num. 13. vbi dicit, quod heredes
 defuncti tenentur ad alimenta
 successoris, quando omnes fru-
 ctus*

stus essent recollecti per defunctū
arg. extrau. suscepti regiminis. Ne
sed. vac.

31. Observant 3. dictam Iulij III.
constitutionem non procedere
vbi Clerus alicuius Diœcesis super
spolijs compositionem fecerit, seu
concordauerit cum Camera Apo-
stolica: tunc enim fructus. in exa-
cti vt supra ad hæredes Beneficia-
riorum spectant, quia Clerus in
tali casu in locum Camere subro-
gatur *Viuian loco cit. cap. 8. n. 17. &*
*in hoc attendi debet tenor in-
strumenti compositionis.*
32. Observant 4. quod dicta con-
stitutio Iulij III. non habet locū
in fructibus quotidianarum di-
stributionum, quæ dantur interef-
fenti horis Canonicis: cum enim
huiusmodi distributiones dentur
Clerico seruienti pro ministerio,
& seruitio personali, acquiruntur
etiã quoad dominium ita vt de
illis in vita, & in morte possit di-
sponere *cap. vn. de Cler. non resid.*
in 6. Alex. cons. 116. num. 5. lib. 7. &
communem dicit. Couar. in cap. cū
in officijs numer. 4. de Test. Paris.
cons. 33. num. 10. & seq. vol. 4. Sera-
ph. decis. 592. num. 6. & ideò Came-
re apostolicæ minimè debentur
Nau. cons. 20. num. 2. de celebr. miss.
Cassador. dec. 6. num. 6. vers. aut in-
spicimus de Præb. Rot. decis. 665. n.
9. par. 2. Recent.
33. Observant 5. dictam constitu-
tionem non habere locum in pē-
sionibus, quæ super beneficijs re-
seruari consueuerunt: & ideò
pensiones inexacte ad beneficiati
hæredes pertinent *Redoan. in*
tract. de spol. ecclesiast. q. 5. quem re-

fert, & sequitur Viuan. loco cit.
cap. 8. num. 2. & communem dicit
Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. resol.
117.

Alij tamen contrarium sentiūt,
videlicet, quod pensiones non
solutæ non transmittuntur ad hæ-
redes, etiãsi earum soluendarū
dies aduenerit: quia censentur
fructus pendentes, cum tempore
mortis pensionarij adhuc extent:
& ideò in illis non succedunt hæ-
redes, sed succēssores in beneficio.
ita Gamb. ar. de offic. legat. l. 6. q. 24.
quem refert Garc. de Benef. par. 2.
cap. l. num. 110.

34. Sed quæres, an pensiones hu-
iusmodi debeantur hæredibus
Pensionarij pro rata tempo-
ris, vel potius pro rata fructū
perceptorum? Respondet Garc.
loco cit. num. 120. & alij apud Bar-
bos de offic. & pot. Episc. par. 3. all.
120. num. 16. illas deberi pro rata
temporis, quo pensionarius vi-
xerit iuxta term. l. Diuortio ff. sol.
matr. sed contrarium sequitur Ro-
ta Romana, quæ in hoc solet se-
regulari iuxta terminos l. defun-
cta ff. de vsufr. & ideò in hoc pro-
ceditur non habita ratione rata
temporis, sed fructuum percep-
torū Caccialup. de Pension. q. 25.
Barbos. vbi supra d. num. 16. vers.
Tertia sententia Coecim. dec. 327
num. 2. Card. Caualer. decis. 129. n.
1. vbi alias decis. refert: & ideò to-
ta pensio debetur hæredibus pē-
sionarij, si omnes fructus ante
pensionarij mortem percepti fue-
rint: si pars fructuum fuerit per-
cepta ante mortem, pars etiã
debetur hæredibus Gigg. de pension.
quæst.

quest. 53. num. 3. & seq. Ricc. in
Prax. par. 3. resol. 468. Gabr. conf.
191. num. 4. lib. 2. Coccin. d. decis.
327. num. 2. vbi dicit, quod hæc
opinio passim à Rota seruatur:
quamuis enim solutio regulariter
destinari consueuerit in duobus
terminis, id tamen sit gratia cõ-
modioris exactionis, non quod
propterea attendi debeat ratio
temporis Put. dec. 189. num. 2. lib. 2.
Caualer. d. decis. 129. nu. 2. & ideo
huiusmodi pensio heredibus de-
functi adhuc debetur, etiam si nõ-
dum venerit dies pensionis exi-
gende, dummodo fructus iam fue-
rint percepti Alex. conf. 157. vol. 2.
Surd. conf. 333. nu. 3. 4. & 10. vol.
3: & alij, quos refert, & sequi-
tur Bellett. loco cit. l. 18. nu. 1. Ca-
ualer. d. decis. 129.

Integra verò fructuum recolle-
ctio dicitur ea, quæ sit quolibet
anno completo, incipiendo à die
reseruatiõnis pensionis, & perfici-
endo eodem die anni sequentis
Coccin. dec. 327. nu. 1. Caualer. vbi
supr. n. 3. Gabr. d. conf. 191. lib. 2. vbi
addit, quod tunc fieri deberet
diuisio pro rata temporis, si fru-
ctus dietim percipiuntur.

35 Si verò fructus nondum erant
percepti, sed tempore mortis Pen-
sionarij pendebant, tunc pensio
erit successoris, nempe Beneficia-
ti pensionẽ soluentis, et dicunt DD.
quos refert, & sequitur Bellett. tit.
de Bon. Cleric. S. 18. n. 1. in fin.

S V M M A R I V M.

1 Si resignatio simpliciter fiat, fru-
ctus naturales, & industriales

à solo separati, & ciuiles matu-
rati ante resignationem spectant
ad resignantem.

2 Constitutio Iulij III. non pro-
cedit nisi in Beneficiato defun-
cto.

3 Quando fructus ciuiles ac na-
turales, & industriales spectent
ad Resignatarium.

4 Qui simpliciter dimittit benefi-
cium, abdicat à se omne ius ita
ut beneficium uti vacans confer-
ri possit.

5 Fructus ciuiles, qui dietim per-
cipiuntur, Resignanti debentur
vsque ad diem Resignationis.

6 Si resignatio est nulla, resignans
nihil amittit.

7 Resignans beneficium non facta
expressa mentione, quod ad il-
lius titulum fuit ordinatus, non
abdicat ius à se.

8 Quid si illud resignauerit ex
causa permutationis.

9 Resignatio facta coram eo, quæ
potestatem non habet illam ad-
mittendi, non tenet, & ideo po-
test Resignans illam reuocare
ante admissiõnem.

10 Ex quibus causis fieri possit Re-
signatio coram Episcopo.

11 Nulla esset resignatio beneficij
facta coram ordinario ad fauo-
rem alterius.

12 Ordinarij beneficia coram ipsis
resignata conferre non possunt
suis, aut dimittentium consan-
guineis, affinibus, aut familia-
ribus ex constitutione Pij V.


13 Hæc prohibitio non habet locum
in beneficijs Iurispatronatus.

14 De quo gradu consanguinita-
tis, & affinitatis intelligenda

- fit dicta constitutio Pij V.*
Qui veniant appellatione familiarium, ibidem.
- 15 *Resignans post dimissionem licite potest rogare collatorem, ut conferat beneficium a se nominato.*
 - 16 *Quando non possit ordinarius beneficia coram ipso resignata conferre.*
 - 17 *Beneficium ingredientis Religionem non potest conferri nisi post professionem.*
 - 18 *An constitutio Gregorij XIII. de publicandis resignationibus locum habeat in spontanea beneficij dimissione.*
 - 19 *Si resignatio fiat ad fauorem certe personae, Resignans percipit fructus maturandos vsque ad diem possessionis Resignatarij.*
 - 20 *Pactum conuentum inter partes pro fructibus debitis Resignanti vsque ad diem captae possessionis a Resignatario, non est simoniacum.*
 - 21 *Quando inter Resignantem, & resignatarium possit fieri liquidatio fructuaria in aliqua certa summa.*

C A P. X.

Quomodo debeat fieri diuisio fructuum inter Resignantem, & Resignatarium.

-  *N* hoc dubio distinguendum est: aut resignatio simpliciter fit, aut ad fauorem certe personae, si resignatio simpliciter fiat, tunc fructus naturales, & industriales

a solo separati, & ciuiles maturati ante resignationem etiam non exacti spectant ad resignantem. *Ludouic. dec. Perusi. 33. Rot. apud Pacif. de Salu. interd. decis. 225.*

2 quia constitutio Iulij III. non procedit, nisi in beneficiato defuncto, & ideo non habet locum inter resignantem, & resignatarium *Honded. conf. 85. numer. 37. vol. 2. ij. verò fructus ciuiles, quorum de tempore resignationis adhuc dies solutionis non venerat, spectant ad Successorem, ad quem etiam spectant fructus naturales, & industriales pendentes* *Tiraq. de Retract. Conuent. l. 5. glos. 4. in princ. Card. Cavalier. dec. 104. num. 1. Rot. apud Pacif. ut sup. decis. 227. numer. 6.* nam eo ipso, quod simpliciter dimisit, abdicauit a se omne ius tam ratione dominij, quam possessionis ita vt beneficium vti vacans conferri possit *Cassad. dec. 4. de Restit. Spol. Achil. de Grass. dec. 10. nu. 4. eod. tit. Put. dec. 158. lib. 3. quos refert. Ricc. in Collect. decis. 1603. par. 5. & si percipit fructus, ad restitutionem tenetur* *Abb. in cap. sollicitè nu. 1. de Restit. Spol. Cassador. dec. 4. n. 6. eod. tit. Rot. decis. 1. de Renunc. in nou. Paris. lib. 4. conf. 39. num. 3. late Gabr. conf. 192. n. 1. & seq. lib. 1. Sarnen. in reg. de Annal. q. 57. vers. Pro quo est diligenter Coccin. dec. 358. num. 4. quod procedit etiam si Superior resignationem non admittat, ut decisum refert Sarnen. in Reg. de Infirm. resign. q. 29.*

5 Reliqui verò fructus ciuiles, quæ dietim percipiuntur, resignanti debentur vsq. ad diem resignationis

nis, etiã si dies solutionis tẽpore resignationis non aduenerit *Gabr. d. conf. 191. nu. 5. vol. 2. Honded. conf. 85. num. 8. vol. 2.*

- 6 Hoc tamen non procedit, si resignatio huiusmodi ex aliquo capite esset nulla, tunc enim resignans nihil amittit, neque proprietatem, neque possessionem. *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 399. Sarnen. in reg. de Infirm. resign. d. q. 29.* Vnde resignans beneficium non facta expressa mentione, quod ad titulum dicti beneficii fuerit ordinatus, non abdicat ius a se, & si spoliatur sua possessione, potest agere super spolia *Put. decis. 158. lib. 3. quem refert Riccius in Collect. dec. 1492. par. 5. ubi alias Rota decisiones allegat.* quia talis resignatio nulla est ex
- 8 Conc. Tridentino *sess. 21. de ref. c. 2.* cuius dispositionem habere etiã locum in resignatione ex causa permutationis declarauit Sac. Congr. & tenuit *Rota in Hispanen. & Caurien. permutationis 4. Decembris 1595. coram Gaptio, & in Parmen. Parochialis 10. Decembris 1601. coram Sacrato, ut refert Ricc. loco cit. nec dicitur vacare beneficium, si resignatio fiat coram eo, qui potestatem non habet admitteñdi resignationem: quia tali casu nulla est, & inuvalida, puta si fiat coram Patrono Beneficij, vel coram Vicario Episcopi non habente speciale mandatum *Rot. dec. 803. coram Seraph. & decis. 260. num. 8. & 9. coram Mantis. quas refert Barbos. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 69. nu. 8. & 26. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. resol.**

166. *Sbroz. lib. 2. q. 130. Garc. de Benef. par. 11. cap. 4. nu. 74.* ubi etiã dicit, ad id non sufficere, quod Vicarius Episcopi habeat facultatem conferendi. Vnde antequã huiusmodi resignatio a legitimo Superiore admittatur, poterit resignans in tali casu illam reuocare, & mutare voluntatem *Sarnen. in reg. de infirm. Resign. q. 29. & cõmunem dicit Villal. relatus in Sin. tag. opin. comm. tit. de Benefic. cap. 1. in fin.*

- 10 Notandum est autem, quod, vt validẽ fiat huiusmodi resignatio coram Episcopo, vel alijs facultatem habentibus, requiritur causa de expressis in constitutione, *Pij V. incip. Quanta ecclesie, quã refert Quarant. in ver. Beneficiorũ resignationes Marcell. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. cap. 48. n. 35;* quarum prima est, quando beneficiatus est senex, quod arbitrio Iudicis relinquitur considerata personarũ qualitate propter cõplexionum diuersitatem. secunda est infirmitas volentis resignare: quis autem dicatur valetudinarius arbitrio Iudicis similiter relinquatur. Tertia quando Beneficiatus est corpore impeditus, si impedimentum sit tale, vt non possit prestare id, ad quod tenetur. Quarta quãdo est corpore vitiatuſ, puta si sit cecus, claudus, vel alias vt non possit exequi suum officium. Quinta si beneficiatus est criminã obnoxius: quod intellige in casibus, in quibus esset priuandus beneficio. Sexta quoties Beneficiatus esset censura ecclesiastica irretitus. Septima quãdo Beneficiatus

tus

tus nequit ecclesie inferuire, puta si sit Bannitus, vel mutus effectus, vel quia sit Illitteratus, vel turpiter, & scandalosè viuat, vel habeat morbum caducum, vel quid simile. Octaua quando plura obtinuerit beneficia: Nonaquãdo contingeret Beneficiatum ad aliud beneficium promoueri. Decima quãdo, Beneficiatus vellet Religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodo statim re ipsa exequatur. Undecima quando Beneficiatus nequit propter capitales inimicitias in loco beneficii residere securus, ita Genuens. in Prax. Archiep. c. 53. Prosp. de August. in addit. ad Quaran. in ver. Benefic. Resignat. & alij apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 69.

Quare si renuntiationes fiant absque prædictis causis, erunt nullæ propter decretum irritans in d. constitutione appositum: amittitur tamen possessio in tali casu, ut d. Rot. dec. 519. part. 1. Diuers. Prosp. de August. loco cit. versus fin. vers. quid si ordinarij, & alij apud Barbof. ubi supra d. all. 69. nu. 46.

¶ quemadmodum nulla etiam esset resignatio beneficii facta coram ordinario ad fauorem alterius; quia resignatio coram ordinario debet esse simplex, & libera Rico. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 12339. & hinc fit, ut ordinarij beneficia coram ipsis resignata conferre non possint suis, aut dimittentiũ cõsanguineis, affinibus, aut familiaribus, ut cauetur in d. constit. Pij V. quia si hoc facerent, præsumeretur hæc renunciatio tacitè,

& indirectè ad fauorem, quæ coram eis fieri prohibetur Prosp. de August. loco cit. vers. & quare Barbof. d. all. 69. n. 48.

13 Hæc tamen prohibitio non habet locum in beneficijs Turispatronatus: quia huiusmodi beneficia conferenda sunt præsentatis à Patronis, quibus non interdicitur præsentatio cõsanguineorum, affinium, vel familiarium, & ita declarauit Gregor. X I I I. ut refert Piaser. in Prax. Episc. par. 2. cap. 5. num. 22. Garc. de benef. p. 11. cap. 3. num. 268. Vulp. in Prax. Indic. cap. 49. num. 19.

14. Quæres, de quo gradu cõsanguinitatis, & affinitatis intelligenda sit dicta cõstitutio Pij V. Resp. esse intelligendam iuxta dispositionem iuris communis, hoc est de cõsanguinitate, & affinitate vsque ad quartum gradum, ut in cap. non debet de Cõsang. & affin. dummodò affinitas huiusmodi orta sit ex copula licita, si verò ex fornicaria, & illicita oritur, non extenditur vltra secundum gradum iuxta Concilium Trid. sess. 24. de res. matrim. cap. 4. quicquid dicat Massobr. apud Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 69. nu. 48.

Appellatione verò familiarium in tali casu veniunt continui cõmensales iuxta tex. in cap. fin. de verb. sign. in 6. & communem dicit Gratian. discept. 340. n. 23.

15 Notandum 2. quod resignans potest dimissione facta rogare collatorem absque labe Simonie, ut conferat beneficium à se nominato, neque peccaret, si ea intentione, vel spe resignaret, quod

Ordinarius conferat illud beneficium cui ipse voluerit, si nihil horum sit in conuentione deductum *Prosp. de August. loco citat. vers. pro complemento*, nec videtur contra dictam constitutionem Pij V. significare Preposito successorem, relinquendo omnino eius voluntate prouisionem *Dian. p. 5. tr. 14. ref. 26. Bonacin. in Tract. de Simon. q. 14. §. 14. num. 6. Barb. d. par. 3. all. 69. nu. 50.*

16 Notandum 3. quod non semper licitum est ordinarijs beneficia coram ipsis ex causis supra expressis resignata conferre: quia licet valida esset resignatio beneficij reseruati facta coram ordinario, non tamen posset illud ordinarius conferre *Ricc. in Collect. decis. 2479. par. 6. Rota decisio- ne 519. par. 1. Divers. quemadmodum possunt coram Ordinarijs reseruata beneficia permutari, dummodo ea non conferantur, cum hoc ad Summum Pontificem solum spectet Barbos. d. par. 3. all. 69. numer. 25.*

17 Notandum 4. quod si ordinarius admittit renunciationem illius, qui vult ingredi Religionem, non potest statim post habitum susceptionem illud beneficium conferre, sed expectare debet, quod prius professionem emittat *Car. par. 11. cap. 9. num. 23. Barbos. par. 3. all. 69. num. 43. & alij.*

18 Queres, an constitutio Greg. XIII. de publicandis Resignationibus locum habeat in spontanea beneficij dimissione? Negatiue respondet *Ricc. in Collect. decis. 627. par. 3. ubi refert, ita resoluif-*

se Rotam decis. 666. ex collect. per Farinac.

19 Si vero resignatio fiat ad fauorem certae personae, tunc Resignans percipit fructus maturandos vsq. ad diem possessionis Resignatarij: quia licet renuntiauerit, tamen uenire potest, quod ex aliqua causa illa renunciatio a Papa non admittatur, vel quod propter incapacitatem ipsius Resignatarij non habeat effectum *Put. decis. 158. num. 2. & 3. lib. 3. Achill. decis. 10. num. 4. de Restit. spol. Verbal. dec. 82. 84. & 86. par. 3. Mobed. dec. 36. de Renunc. Coccin. dec. 358. num. 5.* in hac enim resignatione condicionali requiritur, ut per Summum Pontificem admittatur, alias non sortitur effectum *Ricc. in Collect. dec. 2478. par. 6.* Unde resignans in tali casu lucratur etiam distributiones interessendo diuinis officijs, donec Resignatarius possessionem beneficij accipiat *Bonaccin. to. 1. in tract. de His que ad Diuin. offic. in chor. &c. disput. 2. q. 4. pun. 2. nu. 5. & ratio est, quia per talem resignationem non abdicatur ius, & possessio a Resignante, sed penes ipsum remanet in pendenti, donec conditio, sub qua fuit resignatum, purificetur, ac plene, & perfecte Resignatarius etiam per captionem possessionis adipiscatur beneficium *Coccin. dec. 858. nu. 5. Ricc. in collect. decis. 1603. par. 5.**

20 Hinc pactum conuenienter inter partes pro fructibus debitis Resignanti vsq. ad diem captionis possessionis a Resignatario, non censetur Simoniacum: quia Simonia

nia non inducitur ex pacto iuri conformi, & continente id, quod de iure inest *cap. significasti*, *ubi glos. & DD. de elect. Dec. cons. 118. num. 5. vol. 3. Aym. cons. 145. nu. 4. Paris. de Resig. lib. 14. q. 7. nu. 23. & de Confid. q. 27. nu. 131. Rot. dec. 102. num. 2. post primum volumen*
 21 *const. Farinac.* immò ad evitandas discordias, quæ frequenter oriri solent in repartitione fructuum inter Resignantem, & Resignatarium potest fieri liquidatio in aliqua certa summa, quæ etiam in damnum Resignantis redundare æquè potest, etiamsi liquidatio huiusmodi excederet fructus debitos Resignanti: dummodò illos excederet in modica quantitate, quæ non habetur in consideratione *Nau. de Dat. & promiss. per Iust. & grat. num. 20. Paris. de Confid. q. 27. nu. 95: Rot. in vna Ciuitatis Plebis præsentis Simonie die 14. Ianuarij 1620. coram Buratto, quam refert Frac. Ripa post suum Tract. de Simon.*

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non potest pensiones reseruare, nisi concurrente iusta & rationabili causa.
- 2 Papa non concedit confirmationem prouisionis, aut reseruationis factæ ab ordinario.
- 3 Episcopus non potest facere collationem conditionatam, vel modicam.
- 4 Pensio potest quidem reseruari ab Episcopo in quantitate pecunie, vini &c. sed non in quota, videlicet quod detur tertia

pars, vel medietas fructuum?
 5 Episcopus potest imponere pensionem ex causa permutationis beneficiorum.

6 Quando beneficiorum permutatio coram Episcopo permessa sit.

7 Si beneficia sint reseruata, permutatio fieri debet coram Papa.

8 Episcopus non potest admittere permutationem triangularem.

9 Nec potest admittere permutationem beneficij de Iurepatr. laicorum sine Patronorum cõsensu. Quid si vocati fuerint, & infra terminum præfixum non compareant, ibidem.

10 An in reseruatione pensionis super beneficio Iurispatronatus necessarius sit consensus Patroni.

11 Quando beneficium vnius Diocesis permutatur cum alio alterius Diocesis, requiritur utriusque Episcopi auctoritas.

12 An permutantes possint redire ad priora beneficia absque noua superioris collatione, si permutatio non habuit effectum.

13 Episcopus potest reseruare pensionem ad extinguendam litem.

14 Item potest reseruare pensionem pro pauperibus, pro benemeritis, pro vsu pio, vel ex alia rationabili causa.

15 Non sufficeret assertio Episcopi dicentis causam interuenisse.

16 Pensio non debet excedere tertiam partem fructuum, & quid in Curia seruetur.

Pro qua summa facultates transferendi pensiones substineantur, ibidem.

- 17 Parochiales Ecclesie, qua summam ducatorum 100. non excedunt, nullis pensionibus grauari possunt.
- 18 Cui incumbat onus probandi, quod centum remaneant pro Rectore.
- 19 An pensiones huiusmodi per Episcopum reseruatae sint perpetuae, ita ut transeant ad Successores

C A P. XI.

An Episcopus possit super beneficijs imponere pensionem.

Resp. quod regulariter non potest Episcopus pensiones reseruare. *cap. prohibemus de Censib. quia ecclesiastica beneficia sine diminutione sunt conferenda cap. maioribus de Præb. & cap. vnic. ut eccles. benef. concurrente verò iusta, & rationabili causa potest huiusmodi pensiones reseruare Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 268. Gomes. in Reg. de non iudic. iux. form. supplic. q. finali, In Compend. vtriusque Signat. vers. & est aduertendum, quod licet inferiores & c. Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 7. numer. 27. & sequen. Nauar. cons. 4. numer. 2. de Simon. Barbof. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 69. num. 15. Rot. decis. 516. p. 1. Diuers. neque huiusmodi facultas sublata fuit Episcopis per non vsum, aut contrariū vsum, aut per constitutionem Pij V. de Confidentijs beneficijs, ibi enim tantum punitur*

impositio pensionis ab Episcopo facta sine causa, ut d. Garc. d. Benef. par. 1. cap. 5. nu. 309. & seq. Barbof. d. par. 3. all. 85. num. 12. in fin. quicquid dicat Bonacin. in tract. de Simon. disp. 1. q. 4. S. 12. n. 8. & in tali casu cum Episcopus habeat facultatem imponendi pensionem, non est necessaria alia confirmatio Summi Pontificis, aut expeditio bullarum in vrbe super tali reseruatione, quasi superfluum sit hoc precibus implorare, quod iam lege permissū est l. vn. C. de Thes. lib. 10. Rot. d. decis. 519. par. 1. Diuers. vnde Papa nunquam concedit confirmationem prouisionis, aut reseruationis factæ ab ordinario; nam si est valida, & reseruata præuia iusta causa, non indiget apostolica confirmatione: si non est valida, non confirmatur, sed datur noua prouisio beneficij, vel noua reseruatio pensionis iuxta stilum Curia, ut obseruat Doctores apud Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 268.

3 Non potest tamen Episcopus facere collationem conditionalem, vel modalem: quia tunc esset Simonia, puta si conferret beneficium alicui cum pacto, & conditione, ut alteri daret dimidiū fructuum: aliud enim est onerare beneficium pensione, aliud onerare beneficiarium modo, & onere soluendi Nauar. d. cons. 4. n. 2. de Simon. Vnde talis pensio reseruari debet in quantitate pecuniae, frumenti, vini & c. non autem in quota, videlicet, quod detur tertia, vel quarta pars fructuum

Etiam, vel medietas: quia tunc contra iuris regulas beneficium dividèretur, ut d. Ricc. in Prax. 8. d. par. 3. ref. 268.

- 5 Plures autè à Doctoribus enumerantur casus, quibus potest Episcopus pensionem imponere: primò ex causa permutationis beneficiorum, quæ coram Episcopo in casibus à iure permissis fieri potest c. vi. de Rer. permut. in 6. Nau. conf. 15. num. 2. de Reb. eccles. alien. & conf. 43. num. 4. de Simon. tunc enim potest Episcopus ex officio cessante pacto mandare, ut recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem ad coequandos fructus vtriusque beneficij Leo in Thes. for. eccles. par. 2. cap. 7. n. 27. & alij apud Ricc. in Prax. par. 3. d. resol. 268. Burbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. all. 69. num. 14. & all. 85. num. 11. ubi refert, ita resoluissè Rotam decis. 165. par. 4. Recent. & in Meliten. Canonisatus 5. Martij 1595. coram Card. Millino, & in Albiganen. confidentie 6. Martij 1606. coram Marquemontio. huiusmodi verò beneficiorum permutatio coram Episcopo permittitur tantum ex causa necessitatis, vel utilitatis ecclesie cap. questum de Rer. permut. cap. cum vniuersorū ubi glos. in ver. utilitati vtriusque eod. tit. Genuens. in Prax. Archiep. cap. 53. num. 8.
- 6 Limita 1. quando beneficia sūt reseruata: quia tunc permutatio fieri debet coram Papa d. cap. vi. de Rer. permut. in 6. extrac. execrabilis §. quæ omnia & ibi glos. in ver. permutationis de Præb. & Dignit. Ricc. in collect. decis. 1562. p. 5.

ubi citat Pat. decis. 262. lib. 2. Cassador. dec. 1. de Rer. permut.

8 Limita 2. vt non possit Episcopus admittere permutationem triangularem, quæ scilicet inter tres fieri solet: veluti si Petrus resignet beneficium in fauorem Ioannis, vt Ioannes resignet suum beneficium in fauorem ipsius Petri, sed in fauorem alterius: tum quia hæc permutatio esset Simoniacæ, ut d. Nau. conf. 43. num. 3. de Simon. tum quia permutationem tantum simplicem, seu puram, ac sine conditione admittere potest Episcopus Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 14. num. 58. Coch. de Fernat. 2. par. c. 25. Moyses in sum. tract. 6. cap. 13. in. 33. Less. de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 14. & alij, quos refert, & sequitur Bonacin. in tract. de Simon. disp. 19. §. 14. num. 4.

9 Limita 3. vt neque possit Episcopus admittere permutationem beneficij de iure patronatus laicorum sine Patronorum consensu, ut d. glos. communiter recepta in c. vi. ver. collationem de Rer. permut. in 6. Ricc. in collect. dec. 2373. par. 6. si verò peremptoriè vocati fuerint dato eis termino ad comparandum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint, neque contradixerint, tunc sequuta institutione ordinarij viterius non audientur Quarant. in ver. Beneficiorum permutatio in Addit.

10 Quæres an in reseruatione pensionis super beneficio iuris patronatus necessarius sit cōsensu Patroni? negatiuè responderi Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resol. 194. ubi

ubi dicit, ita sensisse Rotam decis.
680. & 902. inter collect. per Fari-
nac. & in vna Colimbrien: pensionis
11: Februarij 1598. coram Scra-
phino.

11 Limita 4. quando beneficium
in vna Diœcesi situm permutatur
cum alio alterius Diœcesis: tunc
enim requiritur vtriusque Episco-
pi, ad quos illa beneficia spectat,
auctoritas, & consensus, vel al-
ter alteri committit: quia in tali
casu vtrumque beneficium dimit-
titur, & vtrumque confertur *glos.*
in d. cap. vn. ver. collationem Bar-
bos. d. par. 3. all. 69. num. 10. & seq.
vbi etiam dicit, quod in quolibet
mense anni potest Episcopus ad-
mittere resignationes ex causa
permutationis.

12 Quæres, an permutatæ possint
redire ad priora beneficia absque
nova Superioris collatione, si per-
mutatio non habuerit effectum?

Resp. affirmatiuè, quia renun-
ciatio ex causa permutationis nõ
pura, & libera, sed cõditionalis vi-
detur, videlicet dummodò colla-
tio fiat cum permutante: & ideo
nec titulus, nec possessio amit-
titur, nisi sequuta cõditione iux-
ta *l. si me in vacuum ff. de Acquir.*
poss. ita Io. Andr. Anchar. Imol. Bel-
lamer. & alij apud. Ricc. in Prax.
for. eccles. par. 3. ref. 400. idque pro-
batur ex cap. si beneficia de Præb.
in 6.

13 Secundò potest Episcopus re-
seruare pensionem ad extinguen-
dam litem inter duos coram ip-
so super eodem Beneficio contē-
dentes *iuxta c. nisi de Præb. Gom.*
in reg. de Annal. poss. q. 2. Ricc. in

Prax. for. eccles. par. 3. ref. 268. Rotæ
d. decis. 519. par. 1. Diuers.

14 Tertiò potest Episcopus pen-
sionem reseruare pro pauperibus
& egenis, pro benemeritis, pro v-
su pio, vel ex alia rationabili cau-
sa *Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr.*
2. cap. 18. Ricc. d. ref. 268. Barbos. d.
par. 3. all. 69. num. 15. & all. 85. nu-
mer. 12. versus fin.

15 Obseruatamen, quod non suf-
ficeret assertio Episcopi dicentis,
causam interuenisse in huiusmodi
pensionibus per eum reseruatis;
ideo aliunde debet constare de
causa *Ricc. in Prax. par. 3. d. resol.*
268. vbi citat Oltrad. con. 226. Abb.
in c. diuers. fallacijs de cler. coniug.
Rebuff. de Pacif. posses. nu. 207. Vn-
de pensio ab ordinario imposita,
causa non iustificata esset nulla,
et decisum refert Barbos. p. 3. alleg.
85. num. 2. in fin.

16 Obserua 2. quod pensio non de-
bet excedere tertiã partem fru-
ctuum in beneficijs simplicibus: &
ideo si excederet, vitaretur quo-
ad excessum, non autem in totũ
Gig. de pensio. q. 9. nu. 6. & 7. Sta-
phil. de lit. Inst. d. in primis nu. 9.
Cass. d. dec. 2. num. 3. & seq. de Lo-
cat quos refert Ricc. in Prax. par. 1.
ref. 384. vbi etiam addit, quod iux-
ta stilum curiæ Romanæ à multis
seculis seruatum medietatem fru-
ctuum excedere non debet.

Vnde hodiè sublata sunt etiam
facultates transferendi pensiones
pro ea summa, quæ medietatem
veriannui valoris fructuum bene-
ficij excedit, quamuis firmæ, &
illæ remaneant pro ea parte,
quæ non excedit medietatem fru-

ctuum etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis sint impostæ ex constitutione Urbani VIII. incip: Sanctissimus D. N. sub die 24. Ianuarij 1624. vbi etiam statuit, eos qui preterta excessus medietatis fructuum, seu distributionū huiusmodi partem pensionum translatarum solvere recusauerint, ad excessum ipsum probandum teneri, nec interim processum executiuum, aut solutionem integræ pensionis, quatenus alias illis locus sit, impediri, aut retardari debere.

17. Obserua 3. quod parochiales ecclesiæ, que summam ducatorū 100. secundum verum annum, valorem non excedunt, nullis pensionibus grauari possunt: ex Conc: Trident. sess. 24. de reſic. cap. 13. cui autem incumbat onus probandi, quod centum remaneant pro Rectore: distinguendum est: aut enim Pensionarius agit iudicio possessorio, & tunc Rectori incumbit onus probandi, quod sibi non remaneant centum, quia quasi possessio releuat Pensionarium ab onere probandi, cum non teneatur exprimere causam suæ possessionis: & ideo debet in quasi possessione tueri, donec contra eum fuerit in petitorio pronūciatum; aut verò Rector agit contra Pensionarium petitorio dicens, se non teneri ad soluendam pensionem, quia reservatio est nulla, & tunc onus probandi, quod Rectori remaneant centum, Pensionario incumbit, quia cum agitur super proprietate iuris percipiendi, causa debet exprimi ab

eo, qui asserit sibi deberi pensionem, nec quasi possessio releuat illum ab onere probandi: *gloſ. in l. scuti. §. sed si queratur ff. si seruitus vind. Barboſ. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 120. n. 14. vbi citat Abb: in cap. querelam de elect. Ruin: conf. 154. lib. 4. Mantie. dec. 196.*

19. Quæres, an pensiones huiusmodi per Episcopum reseruatae sint perpetuæ, ita, vt tranſeant ad successores? Respondent nonnulli Doctores, pensionem huiusmodi tranſire ad successorem, quando ordinarius illam imposuit ex causa concordia, vt a lite recedatur ita Gom. in reg. de Annal. q. 2. qui citat Hostienſ. in cap. nisi de Præb: quibus adde Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. d. resol. 268. Alij tenent, quod etiam in alijs casibus obligatio soluendæ pensionis ad successorem tranſeat, quamdiu Pensionarius viuit *Gig. de Pens. q. 6. Caccialup. eod. tract. q. 5. Suar. to. 1. de relig. lib. 4. c. 51. num. 18. quos refert, & sequitur Layman lib. 4. tr. 2. cap. 18. num. 3. sed alij veriùs censent, quod in nullo casu pensio reseruata ab Episcopo tranſeat ad successorem, sed tantum teneatur ad pensionem primus oneratus: quia Episcopus non ecclesiam, seu beneficium, sed personam tantum onerare potest; & ideo onus pensionis mortuo beneficiario, seu amoto à beneficio extinguitur: *cap. nisi de Præb. Leo par. 2. cap. 7. n. 32. Barboſ. par. 3. all. 85. num. 11. & hanc esse communem dicit Bonac. in tract. de Simon. disp. 1. q. 4. §. 15. num. 9. vbi etiam refert, ita fuisse resolutum in Rotâ Romana in vna**

Calaguritana beneficij 28. Martij
1582. coram Langellotto, & in
alia Calaguritana beneficij 18. Lu-
nij 1593. coram Gipsio.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici, vel Dignitates absentes ultra tres menses primo anno priuantur dimidia parte fructuum, deinde omnibus fructibus, crescente verò contumacia beneficijs ipsis priuandi sūt ex Concilio Tridentino.
- 2 Quando Canonici, seu Dignitates per tres menses abesse possint.
- 3 An Episcopus possit dispensare, ut Canonici ultra tres menses abesse possint.
- 4 An ad absentiam trium mensium necesse sit assignare absentiae causam, vel licentiam ab Episcopo petere.
- 5 An Concilium loco cit. obliget ad cuiusdam mortalem.
- 6 Abesse censetur qui manet in Ciuitate, ubi sita est ecclesia, si illi non inferuiat.
- 7 An Canonici, & dignitates teneantur in conscientia restituere fructus, quos, ut supra amittunt.
- 8 An necessario seruandi sint dicti gradus poenarum praescripti à Concilio, antequam deueniatur ad priuationem.
- 9 Non residens citari debet personaliter, si scitur ubi sit, alias debet in eius ecclesia trine citationis edictum publicari.
- 10 Quid si Episcopus statuit, quod absentes per certum tempus sine eius licentia sint priuati etiam sine monitione.
- 11 An à sententia priuatiua beneficij ob non residentiam detur appellatio.
- 12 An Episcopus possit conferre beneficia, quibus Canonici, & alij non residentes priuantur.
- 13 An dispositio Concilij procedat quando Canonicatus consistit in solis distributionibus.
- 14 Parochus ab ecclesia parochiali abesse non potest ultra duos menses, alias non facit fructus suos iuxta Tridentinam.
- 15 Quae forma seruanda sit, antequam ad priuationem beneficij parochialis deueniatur.
- 16 An curatus ultra bimestre absens teneatur in conscientia fructus restituere, & quam partem fructuum in tali casu restituere debeat.
- 17 An parochus de licentia proprii ordinarij possit esse Vicarius generalis alterius Episcopi.
- 18 Episcopus non potest uti opera Parochi, nisi pro tempore duorum mensium, & tunc relicto idoneo Vicario.
- 19 An Parochus possit per alium in Parochia deservire.
- 20 An parochus sine licentia Episcopi abesse possit per duos menses.
- 21 Et an Episcopus possit cum Curato dispensare, ut etiam ultra bimestre absit.
- 22 An Parochus existens extra fines Parochiae residere dicatur, si non multum ab ea distet.
- 23 An Parochus, cui datus fuit Coadiutor propter imperitiam, senectutem &c. residere teneatur in Parochia.
- 24 An

- 24 An Episcopus possit obtinentes beneficia simplicia ad residentiam cogere, vel illis novum onus imponere.
- 25 An immemorabilis consuetudo excuset à residentia in collegiatis ruralibus iam destitutis.
- 26 Habens Canonicatum, cui sit unita Parochialis accessorie, debet residere in Canonicatu, & non in Parochiali.
- 27 An obtinens Canonicatum, vel dignitatem, cui accessorie est unita parochialis per Vicarium deseruii solita, possit in illius cura exercitio se intromittere.
- 28 Beneficium accessorie unitum Canonicatu, vel dignitati, perdit nomen, & titulum, & efficitur pars, & prædium Canonicatus, cui unitur.
- 29 An requiratur concursus, quando parochialis est unita dignitati accessorie, & que etas in tali casu in dignitate, vel Canonicato requiratur.
- 30 A quo recipiat iurisdictionem Vicarius ad presentationem Canonici, vel dignitatis ab ordinario institutus.
- 31 An Vicarius absoluat Rectorem ab exercitio curæ.
- 32 An habens Parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime institui obtinuit, teneatur residere, & sacramenta ministrare.
- 33 Quid si ecclesia parochiali à tempore immemorabili solitum fuerit deseruii non per Rectorem, sed per Vicarium amovibilem.
- 34 Consuetudo immemorabilis equipollet iuri communi, & privi-
- legio Principis?
- 35 Si unio facta fuerit quoad temporalia, & spiritualia, tunc obtinens Canonicatum, cui Parochialis unita fuit accessorie, retinet curam tam habitualem, quam actualem.
- 36 Quando unio presumatur facta quoad temporalia, & quando quoad temporalia, & spiritualia.
- 37 An unio in dubio presumatur facta accessorie, vel principaliter.
- 38 Vicarij perpetui ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs unitis ponentur, deputari debent ab ordinario.
- 39 Que portio assignanda sit Vicarijs perpetuis.
- 40 Quando Vicarius intelligatur perpetuus.

C A P. XII.

De Residentia Beneficiariorum.

Dico I. quod obtinentes in Cathedralibus, vel Collegiatis ecclesijs Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones non possunt vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesijs quolibet anno abesse; alioquin anno primo priuatur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentie fecit suos; quod si iterum eadem fuerit vsus negligentia, priuatur omnibus fru-

fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente vero contumacia beneficijs ipsis priuandus est iuxta *Conc. Tridentinum sess. 24. de ref. cap. 12. cap. conquirente, & cap. ex tua de Cleri. non resid.*

2. Ex quo obseruant Doctores 1. dispositionem Concilij d. cap. 12. quoad huiusmodi absentiam trium mensium procedere, quando constitutio, aut consuetudo ecclesie seruitium totius anni requirit, vt censuit Sac. Cong. Concilij teste *Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. nu. 3. 12.*

Obscruant 2. huiusmodi tres menses computari siue ex vna absentia continua, siue ex pluribus interpolatis, vt constat ex eodem Concilio *sess. 23. de ref. cap. 1. & tradit Ricc. in Prax. for. eccles. p. 1. ref. 402. Piafec. in Prax. episc. par. 2. cap. 2. nu. 11. Garc. de Benef. par. 3. cap. 3. nu. 306. idemque spatium trium mensium dari etiam dignitatibus, etiamsi habeant annexam iurisdictionem in foro interiori, vel exteriori, tenet Nauar. cap. 25. nu. 137. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. ali. 53. numero 126. vbi etiam dicit, quod Archidiaconus ultra tres menses potest abesse ex causa visitationis sibi incumbentis ratione sue dignitatis: immo Episcopum posse etiam dispensare ex aliqua rationabili causa, vt sup. ecclesia*

3. Canonici abesse possint per quatuor menses, tradit Piafec. in *Prax. episc. par. 2. cap. 3. numer. 11. idem Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 20. num. 11. & d. all. 53. n. 123.*

4. Obseruant 3. ad absentiam

trium mensium vt supra non esse necesse assignare absentie causa, nec licentiam sui Prælati petere, dummodò eodem tempore omnes Canonici non absint, nè ecclesia suo debito seruitio destituatur, sed tantum illa pars Canoniconum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 402. & alij plures apud Barbof. d. all. 53. num. 118. & ita declarasse Sac. Congregationem testatur Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 3. 15. Vulp. in Prax. iudic. cap. 13. numer. 12.* quia frustra precibus impetratur quod a lege concessum est l. 1. C. de Testiur. lib. 10. poss. autem Episcopum suo edicto præcipere, nè dignitates, & Canonici sine eius licentia abesse possint, pluries resoluit eadem Sac. Congregatio teste *Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 20. nu. 4. & 5. Ricc. loco cit. d. var. 1. ref. 402.*

5. Obseruant 4. Concilium loco cit. d. cap. 12. non obligare ad culpam mortalem, licet imponat grauem pœnam, qualis est priuatio fructuum, & priuatio ipsius Beneficij: quia huiusmodi lex est purè pœnalis, nisi fortè Canonici, & alij ad residentiam adstricti nollent residere ex contemptu, aut contra præceptum Superioris: aut ex hoc sequeretur notabile ecclesie detrimentum, ita *Barbof. de Canon. & Dignit. c. 40. num. 10. & seq. & alij*

6. Obseruant 5. quod censetur quis abesse, etiamsi maneat in Ciuitate, vbi sita est Ecclesia, sed non inseruit, nec frequentat Ecclesiam

- clesiam, ut resoluit Sac. Congregatio teste Piafec. in Prax. Episc. p. 2. cap. 3. n. 9. vers. censetur autē.
- 7 Obseruant 6: quod Canonici, & dignitates non tenentur in cōsuetudine restituere fructus, quos ut supra amittunt, nisi à Iudice condemnentur *Nau. conf. 3. nu. 2. de Cler. non resid. & alij communiter.* tales verò fructus, si sequatur sententia condemnatoria, applicandi sunt in usum, & utilitatem ecclesie, ut dicunt Doctores apud *Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 150.*
- 8 Obseruant 7: quod sunt necessarii seruandi dicti gradus pœnarum præscripti à Concilio, antequam deueniatur ad priuationem, alias priuatio subsequuta nulla esset *Piafec. d. par. 2. cap. 3. n. 9. vers. necessario Barbos. d. par. 3. all. 53. num. 105. & 148. ubi refert. ita sensisse Rotam in vna Oriolen. Canonatus 14 Martij 1622. coram Nauarro, & coram Seraph. dec. 27. & 1346. & decis. 176. nu. 4. par. 1. Recen. & idem expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad priuationem in totum procedatur, declarauit Sac. Congregatio Concilij referente eodem *Barbos. de Canon. & Dignit. c. 20. num. 17.* neque potest Episcopus huiusmodi pœnas à Sac. Concilio statutas contra non residentes per constitutiones synodales alterare: nam si lex synodalis statueret contra non residentes pœnam priuationis omnium fructuum ubi Concilium tantum statuit pœnam priuationis medietatis, per indirectum abrogaretur constitutio Concilij, & summorum Pontificum, quod non est permittendum, ut alijs relatis dicit *Riccus in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 488.**
- 9 Verum ante priuationem talis non residens citari debet personaliter, si scitur, ubi moratur: & tunc vnica citatio sufficit; si verò nescitur, ubi sit, vel alias personaliter citari non potest, debet in eius ecclesia triplex citationis edictum publicari, nec sufficeret vnica citatio pro tribus: alias priuatio esset nulla *Mantic. decis. 67. numer. 5. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 46. numer. 17. Piafec. d. cap. 3. nu. 9. vers. necessario Barbos. de Canon. & Dignit. d. cap. 20. num. 18. & 19. & d. all. 53. nu. 149.*
- 10 Alij tamen dicunt, quod huiusmodi monitio non requiritur, si Episcopus statuit, quod absentes per certum tempus sine eius licentia sint priuati etiam sine monitione, ita *Oltrad. conf. 181. Feder. de sen. conf. 109. & alij apud Ricc. in Prax. par. 3. ref. 303.* ubi id intelligit, dum modò scientia talis statuti clarè, & concludenter probetur: quia quando agitur ad effectum priuationis, non sufficit scientia præsumpta, nisi adessent urgentes præsumptiones, ut dixit *Rota in vna Mediolanen. Matrimonij 22. Martij 1574. coram Cotta, quam refert Ricc. loco cit.*
- 11 Addit *Vulp. in Prax. Iudic. cap. 21. num. 8.* quod non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum à sententia priuatiua Beneficij ob non residentiam, si iuris ordine seruato lata fuerit, idque probatur ex cap. relatum cap. con-

querente de Cleric. non resid. Conc. Trid. sess. 23. de ref. c. 1. vers. quod si per edictum.

12 **Quæres, an Episcopus possit cōferre beneficia, quibus Canonici, & alij non residentes priuantur?** Resp. affirmatiuè, dummodò Sedi Apostolicæ reseruata non sint *cap. peruenit 2. de Appell.*

13 **Observant 8. dispositionem Concilij d. sess. 24. cap. 12. non procedere in Canonico, qui nullos percipit fructus, puta si Canonicatus cōsistat in solis distributionibus, quæ ob non residentiam ipso facto amittuntur, & interestibus accrescunt iuxta cap. 1. de cler. non resid. in 6. & ideò non est, cur illis priuetur.** Quare in tali casu si ignoretur, vbi sit Clericus, citandus est tribus publicis edictis in loco beneficij, & expectandus per sex menses, quibus elapsis priuandus est, si non redeat: si verò sit in loco, vbi citari possit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundū, & ante priuationem debet excommunicari, vel suspendi *iuxta text. in cap. ex tua de Cler. non resid. & ibi Abb. quem refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 634. cum enim hic casus sit omisus à Concilio Tridentino, remanet in dispositione iuris communis; valida tamen est priuatio, si Episcopus ad illam processerit absque excommunicatione, vel suspensione, cum id in electione Episcopi relinquatur Barbof. in d. cap. ex tua num. 4. de Cler. non resid. vbi citat. Mantie. dec. 67. num. 6.*

14 **Dico 2. quod Parochus regulariter ab ecclesia parochiali abesse non potest vitra duos menses, alias non facit fructus suos, & ad residentiam per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, ac subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia etiam vsque ad priuationem potest compelli iuxta Conc. Tridentinum sess. 23. de ref. cap. 1.**

15 **Quare observant Doctores, quod antequam ad priuationem deueniatur, debet non residens in sua ecclesia ter successiuè citari, ac deinde pœna censurari, ac subtractione fructuum multari, & expectari per sex menses, quibus elapsis si pertinaciter ad huc absit, priuari potest ipso beneficio iuxta cap. quoniam frequenter §. porro vt lit. cont. cap. ex tua de Cler. non resid. alias non teneret sententia priuationis, vt decisum refert Piasec. in Prax. episcop. par. 2. cap. 4. nu. 96. hoc tamen alij Doctores similiter intelligūt, quando nescitur vbi sit, nec potest citari personaliter: tunc enim debet tribus edictis in ecclesia citari, & expectari per sex menses iuxta textum in d. cap. ex tua, secus si præcedat citatio personalis, hoc enim casu posset ordinarius etiam non expectatis sex mensibus post elapsum terminū incitatione præfixum illicò procedere ad priuationem mediante promotione alterius secundū glos. in d. cap. quoniam frequenter §. porro vt canonibus Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. numer. 105. Vulp. in Prax. iudic. c. 2 r.**

num. 8 & dixit Rota in una Zamoren. Capellania 12. Iunij 1589. coram Mantico & in Terdonen. Praepositura 1. Decembris 1600. coram Coccino inter impress. dec. 10.

Addunt alij, hoc etiam procedere, si j aliter constet, monitione ad eius notitiam deuenisse, vel ipsum beneficiatum praestitisse impedimentum, ne personaliter citari possit, tunc enim hoc probato impedimento debet citari per edictum, eaque citatio operabitur eundem effectum, quem personalis. Coccin. d. dec. 10. numero. 3. Barbof. loco cit. ubi citat. Bal. in d. capit. quoniam frequenter s. porro num. 2. ut lit. cont.

16. Observant 2. Curatum sine iusta causa absentem ultra bimestre tempus, praeter peccatum mortale teneri in conscientia etiam ante Iudicis, sententiam fructus pro rata temporis absentiae fabricae ecclesiae, aut pauperibus loci erogare ex Conc. loco cit. d. capit. 1. ita Doctores apud Bonacin. tom. 1. in tract. de oner. & oblig. Beneficiar. ad resid. disp. 5. pun. 4. nu. 7. etiam si abfuerit cum licentia Episcopi, quia Concilium duo requirit ad iustitiam absentiae, causam scilicet iustam, & eius approbatione Possenin. de offic. Curat. cap. 1. n. 24. & alij apud Barbof. d. par. 3. alleg. 53. nu. 99. & seq. ubi subdit, quod absens ex gravi causa sine licentia ordinarij, licet peccet ob inobedientiam, non tamen tenetur ad fructuum restitutionem.

Notandum tamen est, quod sicut Parochus omittens canonicas preces debet restituere tertiam,

vel quartam partem fructuum pro rata: Canonici, alijque habentes obligationem residendi restituere debent dimidiam secundum Doctores ita interpretantes constitutionem Pij V. quos refert, & sequitur Bonacin. tom. 1. in tract. de Honoris. Canon. disp. 1. q. 5. pun. 3. num. 2. quibus adde alios apud Dian. par. 2. tract. 12. de Hor. ca. 101. ref. 8. asserentes, Parochum teneri restituere quintam partem, Canonicos vero quartam partem: ita etiam taxandam esse fructuum partem, quando restitutio fieri debet ob non residentiam, censet idem Bonacin. in tract. de oner. & oblig. beneficiar. ad resid. disp. 5. pun. 4. nu. 5. ubi citat Possenin. & Barbof.

17. Observant 3. non posse Episcopum dare licentiam Parocho, ut possit esse Vicarius generalis alicuius Episcopi, sed hoc spectare ad Summum Pontificem, ut censuit Sac. Cong. apud Vulp. in Prax. Iudic. cap. 48. num. 66. Add. ad Nau. 18. Conf. 15. de Cleric. non resid. imo neque ipsemet Episcopus potest uti opera Parochi in visitatione, seu alio servitio suae Diocesis, nisi pro tempore duorum mensium, & tunc relicto idoneo Vicario ex declaratione Sac. Congr. quam refert Possenin. de offic. Curat. cap. 1. n. 12. Garc. de benef. par. 3. cap. 2. n. 42. Riccin. Prax. for. eccles. par. 1. resol. 656. Quis autem censetur idoneus Vicarius, pendet ex approbatione Episcopi, ut constat ex Concil. Tridentino d. sess. 23. capit. 1. Parochum vero, si per sex, vel octo dies absit, posse substituere sine

sine Episcopo aliquem approbatum ad audiendas confessiones, ex communi consuetudine obseruat Barbol. *de offic. & pot. Episc. d. p. 3. all. 53. num. 106.* vbi etiam dicit, quod Curatus licet abesset per duos, aut tres dies non festos, si tunc nullus in Parochia adesset infirmus, etiam si nullum substituatur: quia consuetudo optima legum interpres ita declarat etiam apud timoratos: & si tunc aliquem sine Sacramentis mori contingat, non peccabit Parochus, quia rationaliter absuit, *secundum Possuin. de offic. Curat. cap. 1. num. 5.*

An vero Parochus nulla cogente necessitate possit sibi Vicariam, vel Capellanum ex approbatis ab ordinario pro Sacramentorum administratione veluti adiutorem absque vlla temporis limitatione assumere? affirmatiue respondet Caiet. 2. 2. q. 185. ar. 5. *Sot. de iust. lib. 10. q. 3. art. 5. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 33. num. 2. Vsq. in opusc. tit. de benef. cap. 4. artic. 1. S. 2. dub. 1. nu. 133. & 155. quos refert, & sequitur Barbol. d. all. 53. nu. 91. & de offic. & pot. Paroch. cap. 8. nu. 41. & ita de communi consuetudine seruari dicit Possuin. d. cap. 1. n. 10.* vbi etiam monet Parochum, vt vtatur Capellano non vt homine, qui portet pondus diei, & estus, sed vt socio laboris.

20 Obseruant 4. Parochum sine licentia Episcopi posse abesse per duos menses continuos, vel interruptos *Nauar. in man. cap. 25. nu. 121. versus fin. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. nu. 11. & alij apud Bonacin. tom. 1. in tract. de oner. &*

oblig. Benefic. ad resid. disp. 5. pun. 4. num. 9. Possuin. de offic. Curat. cap. 1. num. 21. vbi dicunt, licentiam Episcopi tunc requiri, si Parochus ultra duos menses abesse cogatur: contrarium tamen tenent alij Doctores apud Barbol. d. par. 3. all. 53. num. 96. Vnde Sac. Congreg. censuit, Episcopum posse prohibere, ne Parochus absit a sua Parochia ultra biduum sub pena pecuniaria medietatis decime, & non ultra vt refert Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. resolutione, 206.

21 An vero Episcopus possit cum Curato dispensare, vt etiam ultra bimestre absit? affirmatiue respondet Possuin. d. cap. 1. numero 22. *Piafec. loco cit. num. 11.* quod intellige si grauis causa concurrat iuxta *Conc. d. sess. 23. cap. 1.* quare ex causa insalubritatis aeris, vel infirmitatis, quae in loco residentiae curari non potest, Episcopus cum Curato dispensare potest, vt per quatuor menses absit *ex declaratione Sac. Congreg. qua refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. res. 656.* & ex causa inimicitiarum posse Curatum a Parochiali ecclesia per annum abesse de licentia Episcopi censuit eadem Sac. Congreg. teste *Quarant. in ver. Residentia vers. qua vero Ricc. loco cit. par. 1. resolutione 655.*

22 Obseruant 5. quod Parochus residere dicitur, etiam si intra Parochiae fines non commoretur, dummodo non multum a Parochia distet ita vt Parochiani facile possint ad Parochum recurrere pro subleuanda spiritali necessitate, & Sacramentis suscipiendis:

Na 2 quia

quia quod parum distat, nihil distare videtur, ita *Beia: 4. par. cap. 21. sub fin. vers. & si dubitet, quem refert, & sequitur Bonac. de ener. & oblig. Benef. ad resid. disp. 5. pun. 1. num. 2.*

23 Observant 6. quod Parochus adhuc residere tenetur in Parochia, etiam si propter imperitiam, aut longam infirmitatem, vel senectutem, illi datus fuerit Coadiutor *iuxta Concilium Tridentinum sess. 21. de ref. cap. 6. nisi per aliquod tempus dispenset Episcopus, ut dicunt DD. quas refert, & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 91.*

24 Dico 3. quod Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia ad residentiam, nec aliquod personale servitium beneficii huiusmodi imponere, cum ex antiquissima totius ecclesie consuetudine ad officium recitandum duntaxat teneantur *ut declaravit Sac. Congr. Concilij teste Ricc. in collect. decis. 1683. p. 9. Quare ubi de onere non constat, non potest Episcopus novum onus imponere, nec Beneficiatum compellere ad aliquas missas celebrandas pro quantitate reddituum c. scientes de censib. Ricc. in Prax. p. 1. 25 ref. 356. & par. 3. ref. 483. ubi refert ita declarasse Sac. Cong. immemorabilem etiam consuetudinem excusare a residentia in Collegiatis ruralibus iam destitutis, decisum refert Bonacin. loco cit. d. disput. 5. pun. 5. num. 15.*

26 Dico 4. quod habens Canoniatum, cui sit unita parochialis accessorie, & perpetuo, debet re-

sidere in Canoniatu, & non in Parochiali, *ut censuit Sac. Cong. teste Barbof. in cap. extirpanda §. qui vero num. 6. de Prab. ubi etiam decernitur, ut qui talem habet prebendam, vel dignitatem, cum oporteat, eum in ecclesia maiori deservire, in ipsa Parochiali ecclesia idoneum habeat Vicarium.*

27 Sed queres, an habens dignitatem, vel Canoniatum in Cathedrali, vel Collegiata ecclesia, cui accessorie, & in perpetuum est annexa parochialis per Vicarium siue perpetuum, siue amovibilem deserviri solita, possit in illius cure exercitio se intrudere? affirmativam sententiam tenet *glos. in extrauag. execrabilis ver. Vicaria perpetuos, & in ver. temporales Vicarios de Prab. & Dignit. alij tamen indistincte tenent, Canoniatum, seu dignitatem non posse valide in cure exercitio in tali casu se ingerere defectu tituli, quem ad illam immediatum non habet, ut post Felin. & alios dicit Barbof. in cap. ult. num. 5. usque ad fin. de offic. Vicar. & in d. cap. extirpanda §. qui vero num. 7. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 388. Hanc autem conclusionem*

28 Probant 1. quia quando beneficium curatum Canoniatui, seu dignitati unitur accessorie, perdit nomen, & titulum, & efficitur pars, & preidium Canoniatu, cui unitur *cap. super eo, & ibi glos. de Prab. in 6. Card. Cavaler. decis. 330. num. 5. Hoied. par. 2. cap. 2. num. 10. & 11. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 2. & seq. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. num. 119. &*

110. *Prosp. de August. ad Quaran. in ver. Beneficiorum resignatio vers. nona causa est, & alij communiter: & ideo prebenda, seu dignitas, que per se est simplex beneficiu, non fit curata per ecclesiam parochialem illi annexam: immo potius parochialis ipsa, recipit simplicitatem prebende, cui vnitur eo quod vnitur, & annectitur beneficio simplici glos. in d. cap. super eo Naz. corf. 10. num. 3 de maior. & obed. Gonz. vbi supra glos. 5. §. 7. num. 8. Garc. de benef. par. 11. c. 5. num. 196. & seq. Vnde quando parochialis est vnita dignitati accessorie, non requiritur concursus, et declarauit Sac. Congr. teste Ricc. in Prax. par. 3. ref. 519. Garc. par. 9. cap. 2. num. 193. Gonz. d. glos. 5. §. 7. num. 13. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 82.*

Addit Piafec. in Prax. Episc. p. 2. cap. 5. num. 21. quod non requiritur in tali casu in dignitate etas 25. annorum, sed sufficit etas 22. annorum completorum iuxta Conc. sess. 24. de ref. cap. 12. siue ea, que requiritur ad illud beneficiu, cui est vnita parochialis, vt obseruat etiam Garc. par. 12. cap. 2. n. 26. Gonz. glos. 9. num. 4. & decisum refert Barbof. in d. §. qui vero n. 6. & de Canon. & dignit. capit. 13. num. 21. & seq.

Ex quo fit, vt dignitas, vel Canonicus non intituletur primo, & principaliter in Parochiali, sed in dignitate, vel Canonicatu Dec. in cap. ad aures num. 13. & 14. de rescript. Garc. par. 11. cap. 5. nu. 194. vbi etiam dicunt, quod non censetur habere curam animarum:

tunc enim cura actualis remanet penes Vicarium, presertim si in vnione fuerit dispositum, quod Vicarius presentari debeat a dignitate, vel Canonico: habitualis vero tantum remanet penes dignitatem, & Canonicum, cuius prebende vnio huiusmodi facta fuit Rot. in Barchinonen. Vicarie 9. Decembris 1616. coram Buratto, quam refert Barbof. de off. & pot. Episc. par. 3. all. 60. num. 32.

30 Quamuis autem Vicarius temporalis instituat ab ordinario ad presentationem Canonici, vel dignitatis, per huiusmodi tamen deputationem nulla iurisdictio per Canonicum, seu dignitatem datur: quia in cura Vicarius etiam temporalis ab illo dependentiam non habet, sed illam recipit ab Episcopo instituyente, seu approbante, penes quem est titulus Curæ Rot. dec. 309. p. 2. Diuer. Barbof. in d. cap. vlt. num. 13. & 16. vbi citat Anchar. conf. 404. num. 11.

31 Secundo probant, quia perpetuus Vicarius absoluit Rectorem ab exercitio curæ, & ideo ipse, Rector eam exercere nec potest, nec debet glos. in extrau. execrabilis ver. Vicarios perpetuos de Præb. & dignit. Abb. in d. cap. extirpanda §. qui vero num. 15. ex. eod. tit. Anchar. in cap. exposuisti num. 6. eod. tit. de Præb. Azor. instit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 6. q. 2. & alij apud Barbof. in d. cap. vlt. num. 4. de offic. Vicar. & censuit etiam Sac. Congr. Concilij referente Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 388.

Idem de Vicario temporali dicit Barbof. in d. cap. vlt. nu. 13. &

in d. cap. extirpanda. §. qui verò nu. 7. ubi citat Seraphin. dec. 1009. num. 5. & alios: quamuis enim deberet esse perpetuus iuxta tex. in cap. ad hanc de offic. Vicar. c. un. de Capell. monach. in 6. nihilominus si de facto, aut ex negligentia Prelatorum, vel consuetudine, aut priuilegio Vicarij temporales deputentur in casu, vbi perpetui constitui debent, non ex hoc potest transferri actualis cura in principalem, cum præsertim possit Episcopus non obstante priuilegio deputare Vicarium perpetuum, si ita sibi expedire videbitur iuxta formam Concilij sess. 7. de res. cap. 7. & hæc sententiam sequitur etiam Nauar. cons. 21. de Cler. non resid. vbi dicit, quod actualis cura animarum non solum tollitur à Rectore per Vicarium perpetuum, sed etiam tolli potest per Vicarium, seu Capellanum temporalem necessario ponendum.

Ex quo probant 3. d. conclusionem, quia Dignitas, vel Canonicus in tali casu non deputat Vicarium temporalem ob causam, vel ad certum tempus, quasi cessante causa, vel tempore elapso possit curam per se exercere, prout in permissis cap. cum ex eo de elect. sed deputat Vicarium temporalem, necessario tamen ponendum, ut ex d. cap. extirpanda §. qui verò colligit Ricc. in Prax. par. 3. ref. 388. qui licet ex consuetudine, seu priuilegio possit esse ad eius nutum amouibilis, Vicaria tamen est perpetuo erecta; quemadmodum Vi-

carius Episcopi temporalis est, & tamen Vicariatus dignitas perpetua iudicatur Barbof. in d. cap. ult. num. 17. de offic. Vicar. qui cit. Gabr. cons. 32. nu. 19. vol. 2. Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 1. q. 4. in fin.

32 Ex his inferunt 1. quod habens parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime institutum obtinuit, non adstringitur ad ministranda sacramenta, nec residere tenetur etiam post Concilium Tridentinum: quia eo casu cura actualis ablata fuit à Rectore, & translata in Vicarium perpetuum; & ideo non ipse, sed Vicarius, in quem residet cura actualis, tenetur ad residentiam, & ad sacramenta ministranda Gonz. gloss. 6. n. 98. Prob. in addit. ad Monach. in cap. super eo num. 17. de Preb. in 6. Anchar. Card. & Abb. in cap. postulasti ex eod. tit. Vitalin. in Clem. 1. §. ad hæc num. 26. eod. tit. de Preb. & ita declarauit Sac. Cong. Concilij teste Ricc. in Prax. d. par. 3. ref. 388.

33 Inferunt 2. quod si ecclesiæ parochiali à tempore immemorabili solitum fuerit deseruiri non per Rectorem, sed per Vicarium siue Capellanum ab ipso Rectore ad nutum amouibilem deputati, Rector non tenetur etiam post Tridentinum Concilium per seipsum exercere curam in dicta Parochia, neque in ea residere, si uolit: sed tantum debet ratione dictæ consuetudinis ponere Capellanum, qui eam exerceat, ita Nauar. cons. 21. de Cler. non resid. quia consuetudo immemorabilis aequipollet iuri communi, & priuilegio

- gio Principis *cap. super quibusdā*
9. praterea de verb. sign. Abb. in
cap. cum contingat de for. compet. 37 *de Præb. Vitalin. in Clem. a. n. 8*
de excess. Prælat.
 Dec. conf. 171. *Fust. de Vist. lib. 1.*
cap. 20. num. 32. & alij apud Vulp.
in Prax. iudic. cap. 14. nu. 11.
35. Limitant tamen supradictam
 conclusionem, vt procedat, quā-
 do vnio facta fuit quoad tempo-
 ralia, secus vbi constaret, illam
 fuisse factam quoad temporalia,
 & spiritualia: tunc enim obtinēs
 Canoniatum, seu Dignitatem,
 cui parochialis vnita fuit acces-
 soriē, & in perpetuum retinet cu-
 ram, tam habitualem, quā actua-
 lem; & ideo per seipsum deser-
 uire posset *Barbos. in d. cap. ult. nu.*
18. de offic. Vicar.
36. In dubio autem præsumitur vn-
 io facta quoad temporalia, &
 spiritualia, quando beneficium
 annexum dependet, seu proces-
 sit a principali: præsumitur verò
 facta vnio quoad temporalia,
 quando beneficium curatum an-
 nexum non processit a principa-
 li, sed alias erat per se; & fuit
 vnium independenter beneficio
 principali simplici: quo casu ip-
 sū principale non dicitur curatū
 respectu beneficii annexi: quia
 qualitas annexi accessoriē non
 debet redundare, & influere
 in principale *cap. super eo, & ibi*
glos. de Præb. in 6. sed tunc qui
præst. beneficio principali, habet
solummodò facultatem percipiē-
dorum fructuum, & dispositio-
quoad spiritualia est penes Vica-
rium *Barbos. d. cap. ult. num. 10. &*
seq. ubi citat Rebuff. in repet. d. cap.
extirpanda. §. qui verò num. 146.
37. Quæres, an in dubio præsuma-
 tur vnio facta accessoriē, vel po-
 tius principaliter? Resp. quod
 attendendum est, quid sit magis
 dignum, & minus dignum; quia
 præsumitur minus dignum esse
 vnium accessoriē, & non eque
 principaliter magis digno: si ve-
 rò non appareat, quodnam sit
 magis dignum, tunc recurrendū
 erit ad denominationem, cum
 semper a digniori, & potentiori
 fiat denominatio *glos. in Clem. per*
litteras ven. ecclesias de Præb. Gōz.
ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. n. 127.
& seq. cessantibus verò supradi-
ctis præsumendum est, factam ef-
se vnionem aequè principaliter,
& non accessoriē, nisi aliud ex
obseruantia colligatur, vt d. Gōz.
loc. cit. nu. 134. & 135.
38. Notandum est autem, quod
 Vicarij perpetui non ad libera-
 ordinarij electionem, sed ad no-
 minationem illorum, in quorum
 ecclesijs vnitis ponentur, cum ap-
 probatioue ipsius Episcopi, vel
 eius Vicarij, prælio examine de-
 putari debent *iuxta tex. in cap. ad*
audientiam de eccles. adif. & con-
stitutionem Pij V. incip. Ad exe-
quendum, quam refert Quarant.
in ver. Vicarius perpetuus Rot. co-
nam Causar. dec. 419. nu. 2. & 3.
39. Quæ verò portio assignanda sit
 dictis Vicarijs perpetuis, constat
 ex eadem Pij V. Constitutione,
 qua cauetur, vt non maior cen-
 tum, nec minor 50. scutorum,
 annuorum summa, computatis
 omnibus etiam incertis, emolu-
 me-

mentis, & alijs obventionibus communiter percipi solitis, eis assignetur; sed in prædicta summa scutorum 100. vel 50. non sunt computandę eleemosinę altaris, funeralium, & alia huiusmodi, quę Vicarius postea ex suo labore, & officio percipit, sed illę incertę, quę habent quamdam certitudinem, vt sunt decimę, seu primitię frumenti, vini, & aliorum fructuum, vt d. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 469.

40 Addit glos. in cap. extirpanda §. qui vero ver. perpetuum de Præb. quod Vicarius eo ipso intelligitur perpetuus, si auctoritate Episcopi est institutus per text. in cap. ad hæc de offic. Vicar. vbi dicitur, quod in tali casu a Rectore remoueri non potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, hodie non potest dispensare cum Parocho, vt possit abesse causa studij.
- 2 An hoc procedat etiam respectu Parochorum docentium.
- 3 Canonici, ac Dignitates ex causa studij per quinquennium abesse possunt.
- 4 Quando Canonici hoc priuilegio gaudeant.
- 5 An terminus quinque annorum referendus sit tam ad Studentes, quam ad docentes.
- 6 An ad hunc effectum requiratur licentię proprię Episcopi.
- 7 An teneatur Ordinarius dare huiusmodi licentię.
- 8 An Canonici in tali casu debeant loco sui substitutum relinquere.

C A P. XIII.

An Parochus, & alii ad residentiam adstricti possint abesse causa studij.



Vamuis secundum iuram antiquam Episcopus posset cum obtinentibus parochiales ecclesias ex causa studij dispensare ad septennium, ita vt eo tempore nec teneretur residere, neque infra annum suscipere sacerdotium, sed tantum subdiaconatum, vt ex cap. cum ex eo de elect. in 6. hodie tamen per decretum Concilij Tridentini sess. 23. de ref. cap. 1. cessat dispositio dicti textus: & ideo ultra duos menses a Concilio præscriptos abesse ex quauis causa nequeunt, vt cersuit Sac. Congregatio Concilij teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 3211. & in Collect. decis. 583. par. 3. Prosp. de Augusti. in addit. ad Quarant. in ver. residentia vers. item limita, & alij, quos refert & sequitur Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. nu. 77. & all. 56. num. 30. & ratio est; quia cum hodie parochiales ecclesię conferantur per concursũ, præsupponitur in eo, qui magis idoneus repertus est, scientiã necessaria; & ideo opus non est, vt a sua ecclesia absit causa studiorum, vt dicit Bonacin. to. 1. in Tract. de oner. & oblig. Beneficiar. ad resid. disp. 5. pun. 5. num. 16. & hoc etiam procedere respectu Paro-

Parochorum docentium, tenet
Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num.
108. quamuis contrarium sentiat
Bonacin. loco cit. ubi asserit, posse
Episcopum concedere licentiam
Parocho, vt causa docendi abesse
se possit, si grauis necessitas ad
docendum superuenerit, & Pa-
rochi opera necessaria sit

3 Verum Canonici, & dignita-
rem obtinentes, & alij ad resi-
dentiam adstricti ex causa studij
theologiæ, seu Sacræ Scripturæ,
etiam hodiè possunt abesse per
quinquennium, & non vltra: quo
tempore studentes huiusmodi
scientijs, seu disciplinis fructus
præbendarum suarum percipiunt
vt in cap. ult. de Magistr. Concil.
U. rident. sess. 5. de ref. cap. 1. Ricc. in
Collect. decis. 2426. par. 6. Barbof.
d. all. 56. num. 18. & seq. Garc. par.
3. cap. 2. num. 54. & 101. quod etiã

4 Observant tamen Doctores,
huiusmodi priuilegio tunc Ca-
nonicos gaudere, si minores sint
30. annis: & in scholis genera-

libus, seu in publica vniuersita-
te doceant, aut studeant, ita
Garc. de Benef. par. 3. capit. 2.
numer. 81. & alij apud Barbof. d.
par. 3. all. 56. num. 29. Vnde non
sufficeret, quod in aliquo loco
ubi nullum, vel minus compe-
tens est studiorum exercitium,
hisce disciplinis operam darent
cap. tue fraternitatis de Cler. non
resid. subdit tamen Garc. d. cap.
2. num. 81. quod si iam studium
incepissent, & adhuc non absol-
uissent, non esset eis denegan-
da huiusmodi licentia, etiam si
essent maiores 30. annorum.
Dicitur autem studium generale
quod est erectum, & institutum
per Papam, Regem, aut Prin-
cipem Barbof. de Canon. & Digni-
tat. cap. 27. numer. 48. & d. all. 56.
num. 22.

5 Observant 2. terminum quin-
que annorum in d. capit. fin. de
Magistr. referendum esse ad stu-
dentes; nam docentes quoad
priuilegium percipiendi fructus
in absentia non habent vllam tem-
poris determinationem, sed eo
gaudent quamdiu docuerint
Barbof. & alij communiter in di-
cto capit. fin. Nauar. cap. 25. num.
121. etiam si præbende, quas ob-
tinent, sitæ sint in Cathedrali
eiusdem Civitatis, in qua pu-
blici lectoris manere funguntur,
vt censuit Sac. Congregat. io apud
Farinac. dec. 137. par. 4. Diuers.

6 Observant 3. non requiri ad-
huc effectum licentiã proprij Epi-
scopi quoad docentes sacrã Scrip-
turam, vel Theologiam, aut ius
Canonicum: quia eam ius conce-
dit

O o dit

dit in d. cap. fin. de Magistr. ut dicit Nau. in man. cap. 25. nu. 121. Barbosa de offic. & pot. Episc. p. 3. d. alleg. 56. num. 33. Garc. par. 3. cap. 2. n. 94. nisi alias scientias præter narratas docuerint, tunc enim licentia Episcopi requiritur Nau. loco cit. Prosp. de August. ad Quarant. in ver. Residencia vers. verum. reuocatur. in studentibus verò semper requiritur Episcopi licentia cap. tue fraternitatis de cler. non resid. etiã si huiusmodi dispensationem, & indultum percipiendi fructus in absentia causa studij à sede apostolica impetrauerint. ex constit. Pij IV. incip. Sanctissimus, quum refert Quarant. in ver. Residencia Barbosa d. all. 56. num. 28. & 29. debet enim Episcopus cognoscere, an absentia sit causa studij, an in loco, ad què accedere intendunt, 7 uigeat studium generale, & an sint minores 30. annis, ac dociles iuxta d. cap. fin. de Magistr. ut aduertit Prosp. de Augustin. loco cit. vers. prædictam conclusionem.

Hac de causa censeo, neque docentes sacram Scripturam, vel ius canonicum posse abesse sine licentia Episcopi, qui etiam in tali casu inspicere debet, an lecturi sint in publica vniuersitate iuxta cit. cap. fin. de Friuil. in 6. & an habeant facultatem docendi concessam ab eadem vniuersitate, seu Collegio Doctorum, sine qua non gauderent priuilegio percipiendi fructus in absentia, ut decisum refert Barbosa de Can. & dignit. cap. 27. num. 50. & c. 35. num. 15. in fin. & in cap. fin. num. 4. de Magistr. alias episcopalis

autoritas contemneretur, & fratres multe sequeretur; Vnde Pius IV. in d. constitutione declarauit, dispensationem, & indulta de percipiendis fructibus prebendarum, & beneficiorum in absentia causa studij, quæ à Sac. Pœnitentiaria, vel sede Apostolica concedi contigerit, nequaquam huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, quare ita tenet Prosp. de August. in addit. ad Quarant. in ver. Residencia vers. prædictam conclusionem. ubi etiam dicit, quod in d. cap. fin. conceditur licentia quoad effectum lucrandi fructus, non autem quoad discessum.

Observant 4. quod Canonici, & alia beneficia non curata residentiam requirentia obtinentibus tenetur ordinarius dare licentiam, ut abesse possint causa studij, dummodo concurrant requisiti, alias possent appellare, & recurrere ad Superiorem, ita Abb. fel. Zerol. & alij apud Garc. d. par. 3. cap. 2. num. 86.

An verò teneantur in tali casu loco sui substitutum relinquere, negatiuè respondet Prosp. de August. loco cit. vers. prædicta ampla.

S V M M A R I V M.

1. Prouisi de dignitatibus, & canonicatibus in ecclesijs Cathedralibus, aut de beneficijs curarum animarum habentibus tenentur intra duos menses à die adeptæ pos-

- possessionis fidei professionem e-
mittere, alias fructus non fa- 14
ciunt suos, nec eis possessio suf-
fragatur.
- 2 An ad huiusmodi professionem 15
faciendam teneantur Canonici
ecclesie Collegiate.
- 3 An elapsis duobus mensibus ad- 16
huc teneatur prouisus fidei pro-
fessionem emittere.
- 4 An Canonicus, vel Parochus,
qui in adeptione alterius Cano-
nicatus, seu ecclesie parochialis
fidei professionem iam emisit, te-
neatur illam denuo emittere.
- 5 An sufficiat, si professio fidei fiat
coram Vicario, etiamsi Episco-
pus non fuerit impeditus.
- 6 An necesse sit, ut Canonicus pro-
fessionem huiusmodi prius coram
Episcopo, vel eius Vicario, post-
modum coram Capitulo separa-
tim faciat.
- 7 An Concilium priuet fructibus
decursis in ipsis duobus mensi-
bus.
- 8 An fidei professionis ommissio ex-
cludat prouisos circa titulum, &
proprietatem.
- 9 An omittens fidei professionem
teneatur in conscientia fructus
sic amissos restituere.
- 10 An Canonicus, qui fidei profes-
sionem non emisit, habeat vocem
in capitulo, & ius precedendi 2
a die adeptæ possessionis.
- 11 An omittens fidei professionem
priuetur distributionibus quo-
tidianis.
- 12 An ignorantia, vel inaduerten-
tia in hoc excuset.
- 13 An omittenti fidei professionem
suffragetur possessio triennalis,

vel alia longior possessio.

Cui applicati sint fructus amisse
ob non emissam fidei professio-
nem.

An possit Capitulum, vel ordina-
rius remittere, seu condonare,
huiusmodi fructus sic amissos.

An huiusmodi professio fidei fieri
possit per procuratorem.

C A P. XIV.

Quam pœnam subeat non
faciens fidei professio-
nem.



Prouisus de dignitatibus
& Canonicatibus in
ecclesijs cathedrali-
bus, aut de beneficijs
quibuscunque curam animarum
habentibus tenentur infra duos
menses a die adeptæ possessionis
in manibus Episcopi, vel eo im-
pedito, coram Vicario generali
fidei professionem emittere, alias
fructus non faciunt suos, nec eis pos-
sessio suffragatur: idemque facere
etiam in capitulo tenentur prouis-
si de Canonicatibus, & dignitati-
bus in ecclesia Cathedrali, ut in
Concilio Tridentino sess. 24. de ref.
capit. 12.

Ex quo obseruât Doctores pri-
mo, quod ad huiusmodi profes-
sionem faciendam non tenentur
Canonici ecclesie Collegiate:
quia Concilium loquitur de Ca-
nonicatibus ecclesie Cathedralis,
& de beneficijs curatis, & ita de-
clarasse Sac. Congregationem re-
fert Nouar. apud Ricc. in Collect.
O C 2 de-

- decis. 2867. par. 7. *Garc. de Benef. p. 3. cap. 3. num. 12. & alij apud Bonacin. de Præcept. Decal. disp. 3. q. 2. pñ. 4. §. 1. nu. 9.* Verum in prima Synodo Diocesana non solum Canonici Collegiata, sed omnes Clerici Beneficiati tenentur fidei professionem emittere iuxta Conc. Tridentinum sess. 25. de ref. cap. 2. Bonacin. ubi supra Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 61. nu. 15.
3. Obseruant 2. quod elapsis duobus mensibus adhuc tenetur prouisus fidei professionem emittere: quia huiusmodi terminus non est præfixus ad remittendam, & terminandam obligationem, sed ad differendam pœnam *Nauar. d. conf. 11. de iureiur. Garc. de benef. par. 3. c. 3. num. 29. Ricci in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 82.* illa tamen non proficit hoc casu ad recuperandos fructus amissos, sed tantum ad querendos futuros *Nauar. d. conf. 11. num. 3. Paris. de Resign. Benef. lib. 10. q. 9. nu. 12. & seq. Garc. loco cit. n. 30 Ricciull. de iur. person. ext. grem. eccles. existen. lib. 1. cap. 13. n. 39. Barbof. de Canon. & dignit. cap. 17. numero 23.*
4. Obseruant 3. quod tenetur de nouo facere professionem Canonici, seu Parochus, etiam si in adeptione alterius Canonicatus, seu ecclesiæ parochialis professionem iam emisit, ut censuit Sac. Congreg. teste *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. resol. 192. & Nouar. apud eundem Ricc. in collect. decis. 2867. par. 7.*
5. Obseruant 4. quod sufficeret, si professio fiat coram Vicario, etiam si Episcopus impeditus non fuerit: quia illa verba Concilij solum ponuntur ad monitionem, & ad denotandum, quod conuenientius est eam facere coram ipso Episcopo cessante impedimento *Garc. par. 3. cap. 3. num. 23. Barbof. d. cap. 17. nu. 3. & de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 61. num. 16.* eadem ratione licet Concilium sess. 24. de ref. cap. 18. statuatur concursum faciendum esse coram Episcopo, & eo impedito, coram eius Vicario: tamen posse huiusmodi concursum fieri coram Vicario, etiam si Episcopus impeditus non sit, resoluit idem Barbof. de offic. Paroch. cap. 2. num. 52. neque necesse est, ut professio huiusmodi prius coram Episcopo, vel eius Vicario, postmodum coram Capitulo separatim fiat: Sed si Episcopus, aut Vicarius adsit in Capitulo, satis est, ut Episcopo, aut Vicario presente semel fiat in Capitulo, etiam si Vicarius esset Canonicus ut censuit Sac. Congreg. teste *Garc. d. par. 3. cap. 3. num. 24. Barbof. d. p. 3. all. 61. num. 17. Bonacin. de Præcept. Decal. disp. 3. q. 2. pun. 4. §. 1. numero 7.*
7. Obseruant 5. quod Concilium non priuat fructibus decursis in ipsis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis *Garc. de benef. par. 3. cap. 3. num. 30. Barbof. d. all. 61. num. 23. & de Canon. & dignit. cap. 17. num. 22.* & ratio est, quia prouisus intra bimestre non deliquit, neque fuit in mora faciendæ professionis *Bonacin. loco cit. d. disput. 3. quæst. 2. punct. 4. §. 3. numero 5.*
8. Obseruant 6. quod circa titulum

& proprietate fidei professionis omissio non excludit prouisos, nec tollit omnino possessionem, sed tantum impedit illius effectum, quoad fructuum perceptionem. *Nauar. conf. 8. de iureiur. Paris. de Resign. lib. 8. q. 9. num. 122. Ricc. in Prax. par. 3. resol. 82. Sayr. in Flor. Decis. sub tit. de verb. signif. dec. 6. & alij apud Barbof. de Canon. & Dignit. d. cap. 17. num. 31. Immo Nau. conf. 12. eod. tit. de iureiur. Dian. p. 5. tra. 14. ref. 23. F. Emman. qq. reg. tom. 2. q. 72. art. 3. & alij apud Bonacin. d. l. 3. nam. 3. putant, quod omittens fidei professionem non tenetur in conscientia fructus sic amissos restituere, nisi condēnetur, seu sequatur sententia declaratoria: contrarium tamen tenet Nouar. apud Ricc. in collect. decis. 2867. par. 7. Garc. d. cap. 3. nu. 35. & alij apud Barbof. d. allegat. 61. numero 28.*

10. Adde, quod Canonicus, qui fidei professionem non emisit, adhuc habet vocem in capitulo, & ius precedendi a die adeptæ professionis, nisi aliud obster, ut censuit Sac. Cōgreg. apud Parinac. decis. 138. par. 4. Diuers.

11. Obseruant 7. decretum Concilij d. sess. 24. cap. 12. non habere locum in distributionibus quotidianis, sed tantum in fructibus; & idēo distributiones huiusmodi omissionem fidei professionis minime amitti, eum dentur ratione ministerij, & seruitij personalis Ricciull. d. c. 13. n. 55. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 48. num. 55. Monet. de distribut. quotid. par. 2. q. 19. num. 39. Ricc. in collect. decis. 2867. par. 7. &

in Prax. par. 3. ref. 194. Prosp. de August. ad Quaran. in ver. beneficiorum possessio lit. B. vers. inter alia Gratian. discept. 166. nu. 22. ubi referunt, ita Sacram Congregationē declarasse: nisi fortē omnia emolumenta Canonicatus, seu dignitatis consistenter in distributionibus: tunc enim, ut pena Concilij loco cit. possit in aliquo verificari, deberet intelligi de distributionibus Ricc. in Prax. p. 3. ref. 194. Barbof. de Canon. & dignit. cap. 17. num. 16. & de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 61. num. 30.

Notandum tamen est, quod Canonicus, qui non fecit primam residentiam, nec emisit fidei professionem, si absit etiam ex iusta causa, non potest haberi pro presente: sed in tali casu amittit distributiones, & fructus etiam predictis duobus mensibus, ut censuit Sac. Congreg. apud Coccin. decis. 256. num. 1. Garc. de benef. p. 3. c. 3. num. 52. Barbof. d. p. 3. all. 61. nu. 23. & 24.

12. Obseruant 8. eum, qui non fecit professionem fidei ob ignorantiam, vel inaduertentiam excusari a mortali, & consequenter ab amissione, & restitutione fructuum Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 195. ubi citat Nau. cap. 23. n. 59. Zech. de Benef. & pensior. capit. 9. num. 3. vers. requiritur etiam, & alios, quibus adde Dian. par. 5. tr. 14. ref. 23.

13. Obseruant 9. quod omittenti fidei professionem non suffragatur triennis, nec alia quauis longissima possessio quoad huiusmodi fructus sic amissos retinendos,

dos, vel percipiendos *Bonaccin. de Fræcept. Decal. disp. 3. q. 2. p. 4. d. 3. num. 4. & ita censuit Sac. Cōgregatio teste Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 82. Nau. cons. 7. de Iureiur. Paris. de Resignat. Benefic. lib. 8. q. 9. num. 122. Garc. d. c. 3. num. 34. Fr. Emman. in Sum. to. 1. cap. 119. num. 7. Prosp. de August. ubi supra litt. B. Ricciull. d. lib. 1. cap. 16. num. 13. Barbof. d. all. 61. n. 26. & d. cap. 17. nu. 29. p̄sumitur tamen, prouisum illam p̄misisse ex lapsu decem annorum *Bonac. loco cit. Ricc. in Prax. ut supra p. 1. ref. 590. Barbof. d. par. 3. all. 61. numer. 21.**

14 Observant 10. quod fructus amissi ab non emissam professionē, cum Concilium non determinet, cui assignari debeant, impendendi sunt, vel in vsu Pauperum, vel in fabricam ecclesie arbitrio Ordinarij, sicut fructus eorum, qui non resident iuxta Conc. Tridentinum sess. 22. de ref. cap. 1. vers. si quis autem. *Azor. Instit. mor. p. 2. lib. 7. cap. 2. q. 3. Nau. cons. 3. nu. 1. de Cler. non resid. Barbof. de offi. & pot. episc. v. 3. all. 61. n. 31.* qui hoc limitat in Canonicis, & dignitatibus habētibus fructus in mensa capitulari, quia tūc huiusmodi fructus amissi ob non factam fidei professionem ad capitulum spectant, ut d. etiam *Bonaccin. d. pun. 4. d. 3. num. 4. vers. sex dictis sequitur Garc. de Benef. par. 3. cap. 3. num. 40.* ubi etiam dicit, quod fructus non residentium, & excommunicatorum in tali casu Capitulo similiter accrescunt.

15 Anverò possit Capitulum, vel

ordinarius remittere, seu condonare fructus amissos ob non factam fidei professionem? negatiue responder *Nau. d. cons. 3. n. 2. de Cler. non resid.* quia inferior non potest dispensare in lege superioris, idem tenet *Garc. d. cap. 3. num. 53. Bonaccin. ubi supra No. uar. apud Ricc. in Collect. dec. 2867. par. 7. idem Ricc. in Prax. par. 5. ref. 193.* sed recurrendum est ad Papam, vel ad Sacram Congregationem, quæ solet remittere huiusmodi fructus, dummodò fidei professio tūc emittatur, & aliquid elemosinæ pauperibus erogetur arbitrio Confessarij, ut dicit *Barbof. de Canon. & Dignit. d. cap. 17. num. 23.*

16 Observant 11. huiusmodi professionem fidei fieri non posse, per procuratorem etiam habentem speciale mandatum, ita *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 146. & ita declarasse Sac. Cōgreg. referūt DD. apud Barbof. de offi. & pot. episc. par. 3. all. 61. nu. 19. A ad. ad Nauar. cons. 11. de Iureiur. de quo tamē dubitare videtur Dian. par. 5. tr. 14. ref. 23. vers. verum his non obstantibus,* ubi refert, quod Sacra Congregatio die 2. Augusti 1631, ex speciali iussu Urbani Octavi mandauit, his declarationibus nullam fidem in iudicio, vel extra a quoquam esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Eminētissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Sac. Congregationis pro tēpore existētium munitæ fuerint.

Quare contrarium tenet *No. uar.*

uar. apud Ricc. in collect. dec. 2867. par. 7. Nauar. d. conf. 11. de Iureiur. & alij permulti, quos refert, & sequitur Barbof. d. all. 61. n. 20. vbi etiam dicit, quod secundum hanc sententiam determinauit Rota Romana sub die 13. Iunij 1608. coram Sacrato, idque probatur per textum, qui loquitur de fidei professione, in cap. optatum tibi 100. dist. ibi, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris, tum etiam quia fidei professio nihil aliud est, quam solempne iuramentum, quod constat posse præstari etiam per procuratorem, vt ex cap. 1. §. verum quando, vbi glos. ver. præstet de stat. Reg. in 6. Vnde prouisum non amittere fructus, si procurator, cui mandatum dedit, fidei professionem non emisit ipso infcio absque culpa, resoluunt Doctores apud Dianam d. p. 5. tr. 14. ref. 23. in fin. cuius rei rationem, assignat Nouar. apud Ricc. in dict. Collect. decif. 2867. quia cum fidei professio requiratur ad declarandum, animum suum esse veram fidem corde, & verbo constiteri, per consequens hoc adimpletur ex solo mandato ad illud faciendum: prout dicimus de aditione hæreditatis, quæ cum in animo consistat, solum mandatum ad adendum sufficit ad hoc, vt dicatur aditio facta, vt notat glo. & Doctor. in l. per procuratorem 89. ff. de Acquir. hæred. speciale autem mandatum censetur datum non solum quando datur explicitè ad faciendam fidei professionem, sed etiam ex mandato ad

capiendam possessionem beneficij, seu Canonicatus: quia in mandato generali ad faciendum aliquem actum, in necessarium antecedens veniunt omnia, quæ ad illius expeditionem sunt necessaria, vt decisum refert Nouar. vbi supra.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus, vel suspensus an sit priuatus fructibus beneficij, & an alendus sit ex eisdem fructibus.
- 2 Pensionarius excommunicatus an lucretur redditus pensionis.
- 3 Fructus beneficij, si Beneficiatus illis per sententiam priuetur, applicandi sunt ecclesie, vel pauperibus.
- 4 An Episcopus possit dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis.
- 5 An valida sit possessio capta ab excommunicato.

C A P. XV.

An excommunicatus ipso facto priuetur fructibus beneficij.



Riplex hac in re est Doctorum sententia: alij enim asserunt excommunicatum excommunicatione maiori priuari ipso iure fructibus beneficiorum, etiã si de hoc nihil dicatur in sententia, vt post Abb. & Felin. resoluit Ripa

in cap. 1. num. 27. de Iud. ubi dicit hanc esse communem Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. de Appell. n. 168. & alij per tex. in cap. pastoralis §. verum de Appell.

Alij dicunt, quod excommunicatus, qui est in mora petendæ absolutionis nihil potest accipere secus si non esset in mora, ita sentine videtur Sylu. in ver. Clericus 4. q. 25. Navar. in Man. cap. 25. nu. 124. vnde quamvis excommunicato, per quem non stat, quominus absolvatur, providendum sit de bonis ecclesiæ, ut dicit Sylu. loco cit. & alij apud Garc. de Benef. par. 7. cap. 13. num. 104. secus tamen esset in excommunicato, qui in contumacia perficitur, cui in nullo est providendum, cum ecclesiæ claves contemnat, ut dicit glos. communiter recepta in d. cap. pastoralis §. verum ver. subtrahuntur in fin. quemadmodum etiam deposito, & suspenso à beneficio ob pœnam propter crimen, non autem pro contumacia sunt alimenta exhibenda ex redditibus sui beneficij, si non habet unde viuat, nè mendicare cogatur cap. studeat 50. dist. Sylu. loco cit. & alij plures, quos refert, & sequitur Garc. d. par. 7. cap. 13. num. 98. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 281. & ratio est, quia quando excommunicatio, vel suspensio lata est pro contumacia, parèdum potest se eximere, & liberare: & ideo quamdiu perficitur in dicta contumacia, non est ei subueniendum de fructibus ecclesiasticis, ut d. Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 22. num. 9.

Alij absolutè negant, tum quia in d. cap. pastoralis §. verum non dicitur, quod excommunicatus sit ipso facto priuatus fructibus, sed quod meritò auferuntur, tum quia excommunicatus non amittit titulum beneficij, etiamsi inforDESCAT in excommunicatione per annum, ut dicit Ripa. in d. cap. 1. num. 78. de Iud. & resoluit Rot. in vna Segobien. InforDESCENTIE 5. Iunij. 1598. coram Seraphino, quam refert Garc. d. p. 7. cap. 13. num. 90. Vnde excommunicatum præcisè ratione censuræ non priuari fructibus, neque ad eorum restitutionem teneri ante sententiam, & condemnationem Iudicis, tenet glo. in d. §. verum ver. subtrahuntur Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 51. nu. 12. & alij apud Garc. d. par. 7. cap. 13. nu. 91. quæ quidem opinio consuetudine ferè vniuersali approbatur: quia excommunicati huiusmodi ad restitutionem fructuum neque compelluntur per Superiores, nisi per sententiam, fuerint condemnati, neque ipsi ab eorū perceptione, & administratione se se abstinere, sed tantum in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis priuantur distributionibus, ut etiam obseruat Garc. loco cit. num. 128. & seq. Dian. p. 5. tr. 9. ref. 104.

Idem dicendum est de Clerico suspenso ab officio, quia nullus est textus, in quo ipso facto priuetur fructibus, ut d. Garc. ibidè. num. 92. secus esset, si quis suspensus sit à beneficio: tunc enim, nō potest de fructibus beneficij dispo-

- disponere, nisi ad se suosque modestè sustentandos, si non habeat, vnde viuat, secundum Nauar. in Man. cap. 25. num. 124. & conf. 37. de Tempor. ordin.
- 2 Obserua tamen, quod Pensionarius nõ lucratur redditus pensionis pro tempore, quo fuit excommunicatus, nec tenetur Titularis pro eo tempore eam soluere, & si solueret ignoranter, posset repetere, vt dixit Rota in vna Valentina pensionis 31. Ianuarij 1600. coram Litt. quam refert Garc. par. 1. cap. 5. num. 132. & seq. vbi subdit, hoc non procedere in pensione alicui vtilaico reseruata in stipendium pro seruitio temporali.
- 3 Queres, cui sint restituendi fructus beneficij, si Beneficiatus illis per sententiam priuetur? Resp. quod sunt restituendi ecclesijs arg. cap. penult. in fin. de cleric. non resid. & cap. 2. de offic. ord. in 6. vt post Dec. & Panor. tenet. Nau. d. conf. 37. de Tempor. ordin. & alij apud Garc. d. par. 7. cap. 13. num. 134. & seq. vbi addit, quod possunt etiam applicari pauperibus, & egenis.
- 4 Queres 2. an Episcopus possit dispensare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis. Resp. affirmatiuè, si collatio talis beneficij spectet ad ipsum Episcopum, secus si collatio facta esset per Papam: quia tunc non potest inferior dispensare, vt dicunt Doctores, quos refert, & sequitur Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 41. num. 33. & seq. idem dicen-

dam, si spectaret ad inferiorem collatorem; quia neque in hoc casu potest Episcopus dispensare nisi illo consentiente Garc. de Benef. par. 7. cap. 13. num. 77. vbi citat Couar. Lopez, & alios. neque liceret Episcopo dispensare, si scièter excommunicato beneficium contulit Barbof. vbi supra nu. 35. cum enim contulerit indigno, & incapaci, pro illa vice est ipso iure priuatus potestate conferendi illud beneficium cap. cum in cunctis §. fin. cap. scriptum vers. Si vero de elect.

5 Obserua tamen, quod si possessio beneficij capiatur ab excommunicato, valida semper erit nõ obstante excommunicatione; nõ enim est ius eam annullans, & est quid facti potius, quam iuris Garc. loco cit. num. 89: vbi alios refert.

S V M M A R I V M.

- 1 Qua dicatur distributiones quotidiana.
- 2 Fructus beneficij dicuntur qui liberè, & etiam in absentia percipiuntur.
- 3 Distributiones quotidiana non computantur in valore beneficiorum.
- 4 Canoniciatus Tolosani in qua summa exprimantur.
- 5 Pensio constituta super fructibus non censetur imposta super distributionibus.
- 6 Distributiones percepta veniunt in sententia cõdemnatoria fructuum, secus si non fuerint percepta.

- 7 Quando distributiones sub nomine fructuum comprehendantur.
- 8 Reus condemnatus in fructibus de stilo Romanae curiae tenetur ad distributiones etiam non perceptas, si fiat protestatio.
- 9 Tam Capitulum, quam intrusus impediens prouisum apostolicum, ne diuinis intersit, tenetur ad fructus, & distributiones.
- 10 An Capitulum propter absentiam vel obitum Canonici iure accrescendi recipiens fructus, vel distributiones, super quibus erat imposta pensio, teneatur pensionem soluere.
- 11 An beneficiatus possit liberè disponere, seu testari de distributionibus, ac fructibus beneficii necessarijs ad congruam substitutionem.
- 12 Canonici inseruientes Papae, Cardinali legato, vel Episcopo, aut absentes ex causa studij, vel per tres menses à Concilio Tridentino permisso lucentur fructus, non autem distributiones.
- 13 Quid si omnes fructus in distributionibus consisterent.
- 14 Quae distributiones etiam absenti debeantur.
- 15 Quando ex causa infirmitatis absens distributiones lucretur. Quando senes absentes distributiones acquirant, ibidem.
- 16 Quando Carceratus, vel excommunicatus, aut suspensus distributiones amissas recuperet.
- 17 A quibus repetenda sint distributiones.
- 18 An inquisitores, & subcollectores distributiones in absentia lucentur.
- 19 Quid de absentibus, ut tucantur iura beneficii.
- 20 Item quid de Adiunctis, si tempore diuinorum absint ex causa officij sibi iniuncti.
- 21 An Vicarius Capitularis absens causa officij sui exercendi lucretur distributiones.
- 22 An distributiones debeantur examinatoribus à synodo deputatis, qui causa examinis à choro absunt.
- 23 Item an debeantur visitantibus ecclesiam, iura, vel redditus suae praebende.
- 24 Quando distributiones lucentur Canonici assistentes Episcopo pontificalia exercentis, vel illi associantes.
- 25 Item quando Canonicus absens à choro, ut missam celebret, vel confessiones audiat, distributiones lucretur.

CAP. XVI.

An distributiones sub nomine fructuum beneficio-
rum comprehendantur.

Distributiones quotidiane dicuntur quae vel in dies singulos praesentibus distribuuntur, & istae dicuntur proprie, & verè distributiones, ut d. Add. ad Quarant. in ver. residentia, & alij communiter: vel quae licet semel tantum certo tempore dentur, in solutione tamen

men habetur respectus ad seruitiū singularium horarum canonicarum, *Asbill. de Grass. decis. 12. de Præb. quem refert, & sequitur Riccius in Prax. for. ecclæs. par. 1. resol. 397.* & ideo distributiones huiusmodi non censentur fructus beneficiorum, cum dentur ratione interessentis, & ministerij personalis *cap: licet de Præb. Olnad. cõf. 118. num. 1. & seq. Rot. dec. 33. de sent. & re iud. & decis. 39. de Præb. in antiq. Boer. decis. 340. nu. 4. vers. quia non sunt de corpore beneficij Cesar. de Grass. decis. 5. num. 1. & 9. de Præb. Gonz. super reg. 8. Cancell. §. 7. probem. num. 154. vsque ad n. 206. latè Gratian. discept. 806. n. 12. & est communis opinio, ut dicit Barbof. de Canon. & dignit. cap. 21. num. 6. illi enim tantum dicuntur fructus, qui liberè, & etiam in absentia percipiuntur *Mohed. decis. 182. Rot. decis. 330. nu. 6. par. 1. Diuerf. Garc. de benef. par. 5. cap. 3. nu. 266. Put. dec. 464. num. 2. & 3. lib. 2. Beltram. ad Greg. decis. 540. nu. 7. veniunt tamen appellatione emolumentorum, cum sint utilitates prouenientes ex canonicatibus, seu portionibus *Surd. cõf. 162. n. 3. lib. 2. Boer. decis. 224. n. 6. Gratian. discept. 867. num. 3. vnde non cõputantur in valore beneficiorum *Rot. d. decis. 33. de sent. & re iud. & decis. 39. de Præb. in antiq. Put. dec. 464. nu. 1. lib. 2. Greg. dec. 540. n. 2. & 5. neque computantur in congruam *Rebuff. in tract. de Congr. port. q. 8. num. 83. & 86. Rot. dec. 5. n. 4. p. 2. Diuerf. & ideo satis est, quod valor exprimat*****

qui absque quotidianis distributionibus ex eodem beneficio percipiuntur *Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 1. Vnde Canonicatus Tolentani exprimuntur in 24. ut notat Rota in decis. 140. par. 3. Diuerf. licet cum distributionibus quotidianis sint valoris mille ducatorum *Put. dec. 375. num. 8. lib. 2.**

Hinc inferitur 1. quod pensio constituta super fructibus non censetur imposita super distributionibus, cum illorum appellatione non veniant, & habeant diuersam naturam à fructibus *Couar. lib. 3. var. cap. 13. nu. 1. dum modò totum emolumentum beneficij non consistat in distributionibus quotidianis: tunc enim censetur constituta super distributionibus, nè actus reddatur elusorius *Gratian. discept. 166. num. 27.**

Inferitur 2. quod in sententia condemnatoria fructuum non veniunt distributiones quotidianæ *Boer. decis. 340. num. 4. hoc tamen intellige, quando distributiones non suserunt à reo perceptæ, sed si fuerunt perceptæ: quia tunc veniunt in sententia condemnatoria fructuum *Rot. decis. 618. n. 1. & 2. par. 1. Diuerf. Put. decis. 239. & 383. in fi. lib. 1. Martin. Andr. decis. 76. num. 5. Ricc. in Collect. dec. 125. par. 1. æquum enim non est, ut reus distributiones, quas percepit, retineat, nè ex facto suo, & culpa locupletior fiat *Put. dec. 383. in fin. lib. 1. Rot. decis. 618. num. 1. & seq. p. 1. Diuerf.***

Idem dicendum est in distributionibus, quæ non actu distribuuntur, sed in fine mensis, semestris,

vel anni diuiduntur, quia licet huiusmodi distributiones dentur residentibus, & alicui horæ interessentibus, non tamen dicuntur vera, & propria distributiones, & ideo succedunt loco præbendæ, & sub nomine fructuum comprehenduntur: vnde etiam veniunt in sententia condemnatoria fructuum secundam Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 400. & par. 2. ref. 70 & in collect. decis. 2437. par. 6. ubi citat Verall. par. 2. decis. 29. Monet. in tract. de distribut. quotid. q. 22. Rub. conf. 14. vol. 1. & alios, quibus adde Piafec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 9. vers. ad extremum.

8 Obserua tamen, quod reus condemnatus in fructibus de stilo Romanæ curiæ tenetur ad distributiones etiam non perceptas, si is, qui sententiam obtinuit, in actis protestatus fuerit contra possessorem beneficii, quod resideat & sic participet de distributionibus interessendo diuinis, aut possessionem Cænonicatus, seu præbendæ dimittat Rot. decis. 1170. num. 4. par. 3. Diuers. que quidem protestatio fieri debet principali, non autem procuratori etiam speciali: item in hac protestatione debet exprimi, quod protestans est paratus residere, & interesse diuinis protestando non simpliciter de fructibus, sed etiam de distributionibus, alias sine istis requisitis condemnatio in fructibus non comprehenderet distributiones quotidianas Put. decis. 239. & decis. 383. num. 7. lib. 1. Gratian. discept. 166. num. 24. & 25. ubi alia decisiones allegantur. nulla

etiam esset hæc protestatio, si fieret à procuratore non habente speciale mandatum Rot. decis. 618. par. 1. Diuers.

Verum hæc protestatio non requiritur, quando Capitulum iniuste impediret, nè prouisus resideat, aut diuinis intersit: aut si intrusus præstet impedimentum, exequutioni litterarum de capiendâ possessione ad fauorem prouisi Apostolici: tunc enim tam capitulum, quam intrusus semper tenentur non solum ad fructus, sed etiam ad distributiones Calderin. conf. 17. de Prab. Seraphin. decis. 1098. num. 5. & decis. 1131. num. 7. Gonz. ad reg. 8. in Probem. §. 7. num. 16. in fin. Put. decis. 383. lib. 1. Gratian. discept. 591. num. 41. & seq.

10 Adde, quod si Capitulum propter absentiam, vel obitum Canonici iure accrescendi recepit fructus vel distributiones, super quibus erat pensio imposita, tenetur pro rata fructuum perceptorum pensionem soluere Quauant. in ver. distributiones quotidianæ in fin. Garc. de Benefic. par. 1. c. 5. num. 225. Rot. in Burgen. pensionis 29. Augusti 1591. & in Colimbrien. 28. Ianuarij 1605. coram Cardin. Millino, & in Romana pensionis 4. Iunij 1593. coram Litta Crescent. decis. 3. de solut. & alij plures apud Bonacin. in tr. de Hor. canon. disp. 2. q. 6. pun. 3. num. 9. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 381. & ratio est, tum quia tales fructus, seu distributiones sunt obligatæ, & hypothecata pro solutione pensionis: tum quia imposita pensione super distributionibus, capitulo nõ plus

plus potest accrescere, quam lucraretur ipse Canonicus interfendo; Canonicus autem non sibi lucraretur distributiones pensionari respondentes: tam etiam quia licet pensio imponatur super distributionibus, quæ non acquiruntur à Titulari ante præstitum seruitium, tamen intentio Pape est gravare ab initio in fauorem pensionarij non solum illas distributiones, quæ acquiruntur Titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinatae Canonicatui, quas Titularis residendo, & in seruiendo acquisiisset *Bonacin. loco cit. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 176. ubi etiam referunt ita declarasse Glementem VIII.*

11^o Inferitur 3. posse beneficiatum de huiusmodi distributionibus, sicut de alijs bonis quasi patrimonialibus suo arbitrio etiam per ultimam voluntatem disponere: quia traduntur ob ministerium personale tamquam merces operis, & stipendium laboris *Sylu. in ven. Clericus. 4. num. 3. & alij plures apud Barbof. de canon. & dignit. cap. 2. num. 32. & hanc esse regis communem dicit Clar. in 9. testamentum vers. ult. etiam si totus Canonicatus in quotidianis distributionibus consistat *Bonac. in tract. de obligat. Beneficiar. disp. 4. pun. 2. num. 18. quemadmodum iuxta suæ voluntatis nutum impendere, & distrahere potest fructus beneficij necessarios ad congruam sustentationem: quia cum huiusmodi fructus ei ad suum vicium dentur, dati censerentur cum facultate plena dispo-**

nendi de illis *S. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 7. Nau. de Redit. eccles. q. 1. mon. 26.*

12. Inferitur 4. quod etiam quis absit ex causa legitima, ex qua de iure potest lucrari fructus, non tamen illi debentur distributiones, exceptis casibus in iure expressis *Conar. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Vn de absens causa studij, vel legens in publica vniuersitate percipere distributiones non potest, licet percipiat fructus c. licet de Præb. & censuit Sac. Congreg. apud Farinac. decis. 173. par. 4. Diferf. idem que de Canonicis inferuentibus Papæ, Cardinali Legato, aut Episcopo etiam visitanti dicunt Doctores in cap. de cætero cap. cū dilectus: & cap. ad audientiam. de Cler. non resid. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 1. num. 4. Bonacin. in tr. de Hon. Canon. disp. 2. q. 5. pun. 3. §. 1. & 2. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 403. in notab. latè Barbof. d. par. 3. alleg. 53. num. 143. & 154. ubi idem dicit de absentibus per tres menses à Concilio Tridentino permisos, et ita etiam censuit Sac. Congr. Concilij apud Farinac. decis. 162. par. 4. Diferf. nisi fructus omnes in distributionibus consistant: tunc enim lucrantur in dictis casibus etiam distributiones de mptatertia parte, quæ inferuentibus accrescit: licet non possint villo modo percipere eas distributiones, quæ Missis, aut defunctorum Annuarijs sunt applicata: *capit. olim de verb. sign. glos. in cap. licet de Præben. Barbof. de Canon. & dignit. cap. 2. num. 31. & de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 53. num. 124. & 142. Bonacin. ubi supra §. 2. n. 4. Prosp.**

Prosp. de August. ad Quarant. in ver. Residentia in princip. & alij communiter, atque ita declarasse. Sac. Congregationem refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 396. Piafec. in Prax. episc. par. 2. cap. 3. nu. 9. vers. ad extremum Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 112. & seq.

14. Addit Quarant. in ver. Residentia vers. quod autem, Clericum absentem ex causa studij, aliosque Privilegiatos posse rata conscientia percipere illas distributiones improprie dictas, nempe census, & fructus, seu decimas, vel alios redditus decimarum loco assignatos ecclesie, qui in fine anni distribuuntur, & ita decisum refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 70.

15. Dixi, exceptis casibus in iure expressis, quia iura in multis casibus propter legitimas causas non solum fructus, sed etiam distributiones absentem concesserunt: & primo in casu infirmitatis iuxta cap. un. de cler. non resid. in 6. etiam si infirmitas ex propria culpa, prouenerit, dummodo ante infirmitatem interesse contigerit, alias non censetur abesse ob infirmitatem, quia morbus in tali casu per accidens se haberet ad absentiam Bonacin. in Tract. de Hor. Canon. disp. 2. q. 3. pun. 1. n. 10. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 53. num. 166. & seq. Piafec. loco cit. n. 9. vers. Infirmos Couar. var. lib. 3. cap. 13. num. 8. Senes etiam, qui non possunt commode personaliter ecclesie deseruire, lucratur distributiones, si alias reside-re soliti erant, quia senectus, mor-

bo comparatur Hoied. de Incompat. Benef. par. 1. cap. 17. numer. 17. Menoch. de Arbitr. cas. 60. nu. 10. Monet. p. 2. q. 7. & alij apud Barbof. d. p. 3. all. 53. num. 164. ubi etiam dicit, quod hoc iudicis arbitrio relinquitur. Vnde permitti posse consuetudinem, qua Beneficiarij senio confecti, veluti septuagenarij, distributiones acquirant in absentia, dicit Bonacin. de Hor. Canon. disp. 2. q. 5. pun. 6. n. 16. Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 23. num. 13. & alij.

16. Secundo in casu iustae, & rationabilis corporis necessitatis dicitur de cler. non resid. in 6. hec autem necessitas comprehendit omne aliud iustum impedimentum, propter quod non potest muneri suo satisfacere: unde si iniuste carceratus, aut excommunicatus, vel suspensus deinde absoluitur, recuperat omnia, quae amisit tempore absentiae una cum distributionibus quotidianis iuxta cap. super causa 2. q. 5. late Nau. conf. in de Cler. non resid. Monet. de Distribut. quotid. par. 2. q. 5. num. 80. & 81. Gonz. ad neg. 8. glos. 5. l. 9. n. 15. & 118. Garc. de Benef. par. 3. s. 1. num. 363. Couar. var. lib. 3. cap. 13. num. 8. Gratian. discept. 806. nu. 13. quod intellige, si eo tempore, quo excommunicatio, vel suspensio iniusta in eum lata fuit, praesens erat in loco sui beneficii, solitasque erat diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis interesse secundum Doctores, quos refert, & sequit. Barbof. d. par. 3. all. 53. num. 174. Couar. loco cit. num. 8.

Dicitur

1094

- Dicitur autem iniuste carcera-
tus ad hunc effectum etiam si cap-
tus fuerit præcedentibus indi-
cij sufficientibus: immò etiam si
tortus fuerit ob indicia, dummo-
dò postea absoluitur, vel ex dese-
ctu probationis, vel alias distan-
te iustitia, *vt est casus in d. capit.
super causa Nau. d. cons. 13. de Cler.
non resid. Vulp. in Prax. for. eccles.
c. 13. n. 25. secus esset, si iuste cap-
tus, aut excommunicatus, vel suspē-
sus fuerit, licet deinde relaxetur,
vel ab excommunicatione, seu sus-
pensione absoluitur Verall. decis.
66. lib. 1. Seraph. decis. 1164. nu. 3.*
- 17 Sed quæres, à quibus sint repe-
tendæ distributiones, postquam
constiterit de iniusta captura, seu
excommunicatione? Resp. quod
repetendæ sunt à Canonicis, qui
eas perceperunt *Garc. de Benef. p. 7.
cap. 13. num. 120. & seq. Barbosa. d.
all. 53. nu. 174. Bonacin. in tract. de
Hor. canon. disp. 2. q. 5. pun. 2. §. 2.
n. 5. vbi etiã dicit, quod in substi-
tutum datur actio contra Iudicem
iniuste excommunicantem per
lex. in cap. ult. de Injur.*
- 18 Tertiò in casu evidentis eccle-
siæ utilitatis, *vt in eod. cap. vn. de
Cler. non resid. in 6.* qua de causa
secundum infrascriptos Doctores
distributiones lucrantur Inquisi-
tores hæreticæ prauitatis, & sub-
colletores Camera apostolicæ
ex constitutionibus Pauli III. Pij
Quinti, ac Sixti V. quos refert Bar-
bos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all.
53. num. 156. & 157. quamuis hu-
iusmodi officia à residentia pa-
rochialis Ecclesiæ minimè excu-
sent, *vt decisum refert Ricc. in*
- Prax. for. eccles. par. 1. ref. 403. Bar-
bos. loco cit. d. all. 53. numer. 87. &
156. vbi citat Gonzal. Cenall. &
alios, quibus adde Quarant. in
ver. Residentia vers. item Inquisi-
tionis.*
- 19 Secundò absentes, vt tueantur
iura beneficij; quia tunc etiam
dicuntur abesse in vtilitate pro-
priæ ecclesiæ secundum commu-
niorem Doctorum sententiam: *secus esset si absint, vt ius suum
contra alterum prosequantur: tunc enim non lucrantur distribu-
tiones, quia parum ecclesiæ re-
ferre videtur, vt hic potius, quã
alter beneficium obtineat Bonac.
in d. tract. de Hor. Canon. disp. 2.
q. 5. pun. 3. §. 3. num. 2.*
- 20 Tertiò Adiuncti, seu duo Ca-
nonici à Capitulo electi initio an-
ni, de quorum consilio, & assen-
su Episcopus in causis capitula-
rarium procedere tenetur iuxta
formam Concilij Tridentini *sess.
25. de ref. cap. 6.* si hac de causa si-
ne fraude tẽpore dininorum of-
ficiorum eos abesse contigerit,
lucratur distributiones quoti-
dianas tamquam absentes pro-
pter ecclesiæ vtilitatem ex officio
sibi iniuncto *Barbos. de Canon. &
Dignit. cap. 28. num. 10. Ricc. in
Prax. for. eccles. par. 4. ref. 597. vbi
citatur Monet. de Distribut. quotid. p.
2. q. 8. num. 19.*
- 21 An verò Vicarius Capituli ex
Canonicorum numero electus lu-
cretur distributiones, si à choro
absit causa officij sui exercendi?
negatiuè respondet Quarant. *in
ver. Capitulum sede vacante n. 8.
in fin. Piasco. in Prax. Episc. par. 2.
cap.*

- cap. 3. num. 8. *Vulp. in Prax. iudic. cap. 13. num. 16. ubi citat. Monet. de Distribut. quotid. par. 2. q. 11. n. 83. quem sequitur etiam Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 54. numer. 165. sed contrarium, videlicet quod Canonicus Cathedralis ecclesie electus in Vicarium Capituli, seu Visitatorem percipiat distributiones in absentia, tenet Cened. qq. canon. q. 1. nu. 72. Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. n. 358. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 8. tr. 4. res. 67. quia cum de iure succedant qui sunt de Capitulo, in ijs officijs consequuntur quod eis competit.*
- 22 Quarto Examinatores à Synodo deputati, qui causa examinis à choro absunt, eo tempore distributiones non amittunt *Vulp. in Prax. Iudic. cap. 13. num. 30. ubi refert, ita Sac. Congregationem declarasse. Hoc tamen alij Doctores intelligunt, si adsit speciale privilegium, aut statutum Capituli, vel ecclesie propriæ consuetudo legitime præscripta, ita Monet. Garc. Homobon. & alij apud Barbof. d. par. 3. all. 53. n. 161.*
- 23 Quinto Visitantes ecclesiam iura, vel redditus suæ præbendæ lucrantur similiter distributiones quotidianas: quia ita seruiunt ecclesie in re utili, *ut alijs relictis tenet Barbof. d. all. 53. numer. 126.*
- 24 Sexto Canonici assistentes Episcopo Pontificalia exercenti etiã in alia ecclesia, quam Cathedrali, nõ autem extra Ciuitatem secundum *Vulp. d. cap. 13. numer. 6. ubi etiam ex decreto Sac. Congregationis resoluit, quod non tenentur assistere Episcopo priuatim, celebranti. Vnde Canonici assistentes Episcopum, dum Missam extra propriam ipsorum Canonicorum ecclesiam auditurus est, distributiones non acquirunt, ut d. Piafec. in Prax. Episc. par. 2. capit. 3. numer. 8. ubi refert, ita Sac. Congregationem censuisse Bonaccin. de Hor. Canon. disp. 2. q. 5. pun. 3. §. 2. num. 2.*
- 25 Addit Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 23. num. 16. quod valeret consuetudo, ut Canonici recedentes à choro, dum diuina officia celebrantur, lucrantur distributiones, si id fieri contingat ob missas celebrandas, vel sacramentales confessiones audiendas; idè dicendum, si Canonicus dimisso choro de mandato superioris Missam celebret, vel confessiones audiat, aut alia sacramenta ministrat; tunc enim lucratur etiam distributiones etiam si nulla adesset consuetudo, *ut censuit Sac. Congr. teste Piafec. in Prax. Episc. d. par. 2. cap. 3. nu. 8. Barbof. de Canon. & Dignit. cap. 25. num. 12. & de offic. episc. par. 3. all. 53. num. 134. secus esset cessante consuetudine, vel iussu Superioris: quia tunc distributiones amitteret, etiam si id faceret ex eiusdem superioris permisso Felin. in c. cõ olim. nu. 3. vers. limita hac de sent. & re iud. post Feder. ab eo allegatum in cõf. 220. & declarauit etiam Sac. Congregatio, ut refert. Gratian. discept. 298. num. 21.*

S Y M M A R I V M.

- 1 Beneficiatus nō potest de fructibus ecclesiasticis, neque de acquisitis intuitu beneficiorum testari.
- 2 An beneficiatus vanē, ac male cōsumens fructus beneficij teneatur ad restitutionem.
- 3 Presumitur, Clericum acquisivisse bona intuitu, seu contemplatione ecclesie, quando post adeptum beneficium quæsitā sūt.
- 4 Limitatur hæc conclusio, si consistet de tenuitate beneficij, ac de bonis, & diuitijs proprijs ipsius Clerici.
- 5 Episcopus Monachus per Episcopatum non eximitur à paupertatis voto.
- 6 Ad Heredes Clerici pertinent ea, quæ Clericus tempore promotionis habebat.
- 7 Clericus potest testari de fructibus beneficij, ac de bonis ex fructibus huiusmodi acquisitis, ubi adest talis consuetudo.
- 8 Talis consuetudo quoad Episcopos reprobatur.
- 9 Clericus de mobilibus intuitu beneficij quæsitis ratione elemosinæ inter viuos moderatas facere potest donationes, etiamsi in egritudine sit constitutus.
- 10 Quando Clerici fratribus, aut alijs consanguineis licitè donare possint.
- 11 Clericus, vel Prelatus dum prospera vititur valetudine, liberè potest de Beneficij fructibus disponere.
- 12 Episcopus regularis facit fructus suos in vita, & de eis, disponere potest non minus, quam secularis.
- 13 Beneficiatus vel Episcopus potest testari tam de bonis patrimonialibus, quam de alijs acquisitis ex hereditate, donatione, artificio, industria, & doctrina &c.
- 14 Hoc tamen fallit in Episcopo Regulari.
- 15 Licentia testandi concessa Episcopo Regulari intelligitur ad pias causas, non ad prophanas.
- 16 Beneficiarius testari potest de acquisitis ex fructibus beneficij, quos parcius viuendo seruauit.
- 17 An Beneficiatus, qui de rebus suis patrimonialibus aliquid erogauit in pauperes, vel in utilitatem ecclesie, possit tantundem ex testamento cui voluerit, relinquere ex redditibus ecclesiasticis.
- 18 An Clericus non habens administrationē possit de fructibus sui beneficij liberè testari.
- 19 An licentia testandi à Papa Prelatis concessa, morte Pontificis expiret.
- 20 An testamentum factum sine licentia conualidetur ex superuenienti facultate testandi.



CAP. XVII.

Vtrum beneficiarius testari possit de bonis acquisitis ex fructibus beneficij.

DE iure communi neque Episcopus, neque quilibet alius Beneficiarius testari potest de acquisitis intuitu beneficiorum, siue sint mobilia, siue immobilia; sed ea ad ecclesiam spectant: siue ad Successorem in beneficio, vel Capitulum, si ex capitulari mensa fructus percipiebat, vt Canonici, cap. Episcopi 12. q. 1. cap. cum in officijs cap. quia nos c. 2. relatum 12. de Testam. olem. statutum de elect. Navar. de Redit. eccles. q. 3. Monit. 4. nu. 2. vbi etiam dicit, quod neque potest Beneficiarius de redditibus, siue fructibus ecclesiasticis testari Clar. in 8. testamentum q. 27. vers. tertio dixi Syluest. ver. Clericus 4. n. 13. & alij, quos refert, & sequitur Garc. de Benef. par. 2. cap. 1. num. 8. si vero Clericus, qui acquisiuit, habebat plura beneficia, tunc ea bona taliter acquisita debent diuidi inter ecclesias, in quibus sunt fundata dicta beneficia, vt in d. cap. relatum de testam. & hanc esse communem dicit Bellett. Disq. Cleric. tit. de Bonis Cleric. §. 2. n. 6.

Huius rei alij rationem assignant, quia Beneficarij non sunt Domini, sed tantum administratores rerum ecclesie, vt dicunt Doctores apud Bellett. loco cit. n. 5. sed verior est contraria opinio;

quod enim Beneficiarij (exceptis Monachis) habeant dominium, fructuum suorum beneficiorum, supponitur in cap. vn. ibi, dominium non acquirant De Cler. non resid. in 6. & in Concilio Trident. sess. 24. de ref. cap. 12. vers. praterca obtinentibus, ibi, quos ratione etiam prabende, ac residentie fecit suos & vers. prouisi autem, ibi, fructus non faciant suos, & sess. 23. de ref. cap. 1. vers. si quis autem, ibi, tunc pro rata temporis absentie fructus suos non facere, vt etiam obseruat Garc. d. par. 2. cap. 1. nu. 5. & dixit Rota coram Gregor. XV. dec. 401. num. 1. & alij apud Barbosa. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 114. nu. 4. Vnde beneficiarius vane, ac male consumens fructus beneficij non tenetur ad restitutionem, quamuis peccet mortaliter, non quidem contra iustitiam, sed contra charitatem, seu misericordiam, si in notabili quantitate id faceret, seu excessus esset magnus, vt post S. Tho. Caiet. Sot. & alios resoluit Garc. loco cit. num. 6. Bellett. d. tit. de Bon. Cleric. §. 12. nu. 1. & tenet etiam Sylu. ver. Clericus 4. num. 15. Graf. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 17. tota ergo ratio, quare Episcopi, & Clerici de acquisitis intuitu suorum beneficiorum testari non possunt, in eo consistit, quia a lege canonica prohibentur, vt dicit Barbosa. d. alleg. 114. nu. 5.

3 Præsumitur autem in dubio, talia bona quæ sita fuisse intuitu, seu contemplatione ecclesie, quando post clericatum, seu post adeptum beneficium, vel dignitatem

ratem quesita sunt *Clar. in S. testamentum d. q. 27. vers. sed quid glos. & Doctores in cap. 1. de pecul. Cleric. præsertim in persona religiosa, & paupertatem profitente Greg. XV. decis. 87. num. 11. & 12. etiamsi beneficiatus dixisset, se ex bonis proprijs quæsiuisse Ric. in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 25. & ideo hæredes Episcopi seu Beneficiarij probare debent, bona sibi relicta ex patrimonio, aliove titulo, quam ab ecclesia, obuenisse glos. in d. cap. 1. de Pecul. Cleric. & communem dicit *Grass. decis. casuū* 4 *consient. par. 1. lib. 2. cap. 100. n. 34.* hoc tamen procedit, quando Clericus alia bona non habebat, quam ecclesie *d. cap. 1. ubi etiam Barbof. num. 2. de Pecul. Cleric. c. 1. 12. q. 3.* vel si ecclesia erat opulenta, industria verò personæ, & patrimonium tenuit *Rodoan. de spol. ecclesiast. q. 15. num. 22. quem refert Barbof. loco cit. num. 14.* si verò constet de tenuitate beneficij, & de bonis, ac diuitijs proprijs Clerici, bona, quæ reperta fuerint, potius præsumi debent quæsitæ ex bonis Clerici, quam ecclesie *d. c. relatum de Testam. Abb. Innoc. Co. uar. Roman. & alij apud Bellett. d. tit. de bon. Cleric. §. 6. num. 8. ubi etiam refert, ita resoluisse Rotam decis. 582. num. 7 & 10. p. 3. Divers.* & ideo cautius agerent Clerici, si eo tempore, quo promouentur, facerent inuentarium, *ut monet Grass. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 35.* Vnde si fructus beneficiorum, aut pensiones 30. ducatorum auri de camera valorem annuum non excedant, bona post obitum benefi-*

ciarij relicta præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis, officij ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitij, quia ex similibus beneficijs, & redditibus vix potest quis propter eorum tenuitatem sustentari; & ideo hæc præsumptio in iure, & maiori verisimilitudine fundata contrariam præsumptionem excludit, *ut ex consuet. Pij V. colligit Riccius in Prax. for. eccles. par. 3. resol. 427.* Si verò ecclesia, & patrimonium, & industria personæ, quæ hoc casu Patrimonio æquiparatur, erat sufficiens ad acquirendum, secundum plus, & minus erit facienda diuisionis, & præsumptionis consideratio *Clar. in S. testamentum q. 27. vers. sed quid, ubi dicit quod in tali casu præsumitur, Clericum acquisiuisse secundum quod magis est verisimile Barbof. p. 3. d. ult. 114. num. 14.*

Et hæc à fortiori procedunt in Episc. monacho; quia per Episcopatum non eximitur à paupertatis voto *secundum probabiliorem S. Thomæ, & aliorum opinionem, quos fuse recenset idem Barbof. ubi supra num. 19. contra Sot. V. usq. & alios apud Dian. par. 3. tract. 2. ref. 50. & par. 5. tract. 2. ref. 64. & ratio est, quia vota à talibus Episcopis in religione emissa non laxantur, neque limitantur, nisi quatenus obstant muneri Episcopali tamquam maiori bono: muneri autè Episcopali non obstat paupertatis votum, dummodò tales Episcopi habeant liberam administrationem omnium bonorum ecclesiasticorum, ut ea in quolibet v-*

- sus decentes expendant *S. Y. b. 2. 2. 8* q. 185. ar. 8. in corp.
- 6 Quare ad heredes pertinet ea, quæ Clericus tempore promotionis habebat, sicut & credita adhuc non exacta spectantia ad eundem Clericum ratione proprii patrimonij; secus si ad eum spectant ratione ecclesiæ, vel sumus in dubio: quia tunc erunt ecclesiæ *Grass. decis. par. 2. lib. 2. c. 100. numer. 35.*
- 7 Supradicta autem conclusio à Doctoribus communiter limitatur, si adsit consuetudo in contrarium, qualis adest in Hispania, & in tota Gallia quoad Clericos Episcopis inferiores: tunc enim Beneficiarius potest testari de fructibus beneficiorum, seu de bonis ex fructibus huiusmodi acquisitis, dummodò talia bona comparata non sint sub nomine, & ad opus ecclesiæ *cap. presentis de off. ordin. in 6. Sylu. in ver. Clericus 4. n. 2. Grass. par. 1. lib. 2. cap. 100. nu. 30. Garc. de benef. par. 2. cap. 1. num. 11. & 12. ubi etiam refert, huiusmodi consuetudinem fuisse approbatam per Rot. in vna Palentina fructuum Archipresbyteratus de Portillo 26 Februarij 1580. coram Læcelletto Sarm. de Redit. eccles. par. 4. cap. 1. num. 8. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 10. num. 56. Gutier. pract. lib. 2. quest. 114. Mart. de iurisd. p. 4. cas. 24. num. 21. & alij, quos refert, & sequitur Barbof. par. 3. all. 114. num. 6. quod de rebus mobilibus intelligit Pan. apud. Sylu. in ver. Clericus 4. quest. 3. vers. secundo Bellett. tit. de Bon. Cleric. §. 5. num. 1. Episcopi verò secundum*
- 8 consuetudinem hodiernam testari non possunt, quia quoad Episcopos contraria consuetudo reprobat *in d. Clem. Statutum de elect. ut aduertit Barbof. loco citato numero 8.*
- 9 Limitatur 2. vt possit Clericus de mobilibus intuitu beneficij acquisitis non ratione testamenti, seu legati, sed ratione elemosinæ inter viuos moderatas facere donationes etiam si sit in ægritudine constitutus *cap. ad hac de testam. Sylu. ver. Clericus 4. quest. 3. vers. quarto Bellett. loco cit. num. 9. Nau. de Redit. eccl. q. 1. mon. 34. Unde etiam tempore infirmitatis mobilia huiusmodi donare potest pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui sibi seruiant, siue consanguinei sint, siue alij iuxta seruitij meritum, vt in cap. relatum 12. de testam. glos. in d. cap. ad hac ver. non possunt Grass. par. 1. lib. 2. cap. 100. num. 26. vbi dicit, quod etiam consanguineo diuiti potest aliquid donare ratione seruitij, scilicet quantum satis est ad satisfaciendum obsequijs, & muneribus acceptis Bellett. loco cit. d. §. 5. vbi etiam obseruat, quod beneficiatus, dum viuit, ea, quæ donat, tradere debet: nec potest super illis reseruare sibi vsum fructum, alias huiusmodi donationes nullæ, ac irritæ essent *ex decreto Clementis VIII. quod refert Greg. d. decis. 401. num. 17.**
- 10 Eadem ratione titulo donationis possunt Clerici fratribus, aut alijs consanguineis pauperibus licite donare, si eorundem fratrum, vel consanguineorum industria,

& expensis in scholis aliti fuerint ad addiscendum, donec ordinem sacerdotalem suscipiant: quia ad antidota sunt obligati, & donant ad extinctionem debiti precedentis *Ricc. in Prax. for. eccles. p. 3. ref. 427.*

Non tamen poterit Beneficiarius, siue Episcopus in ægritudine constitutus immoderatè donare, ut d. glos. communiter recepta in cap. presenti ver. reservari de offic. ord. in 6. neque alio respectu, quam eleemosinæ, siue remunerationis: ut in d. cap. relatum vers. licet, & d. cap. ad hæc. si enim immoderatas faceret donationes, in fraudem legis prohibentis testamentum, id facere censetur, ut post *Abb. Anchar. & alios dicit Barbof. d. par. 3. alleg. 114. num. 35. ubi refert, ita resoluisse Rotam in Arboren. spolijs 17. Junij 1624. coram Manzanedo.* dum verò prospera utitur valetudine, potest etiam immoderatè, & in prophanos usus saltem in exteriori foro donare, quamvis in tali casu peccaret, ut tradunt Doctores apud *Barbof. loco cit. nu. 23. & 33. ubi etiam dicit, quod potest Prelatus in sanitate primogenituram instituire: quia talis institutio habet vim irrevocabilis donationis. Vnde Episcopus potest dotare suam cōsanguineam ex fructibus ecclesiæ, vel ex bonis per ipsum emptis, quādo apparet, Episcopum in cōtractu emptionis noluisse ecclesiæ sed potius alteri acquirere *Greg. d. decis. 401. num. 10. nam alias bona empta per Prelatum ex fructibus ecclesiæ ipso iure transeunt**

in ipsius ecclesiæ dominium cap. 1. de testam. cap. inquirendum de Pecul. Cleric. ubi glos. ver. comparuit, & alij apud *Barbof. d. all. 114. num. 17.*

12 Atque hæc locum habent etiā in Episcopo regulari, qui similiter facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quam secularis *Navar. de Redit. eccles. quest. 1. mon. 33. nu. 1. Dian. par. 5. tract. 2. resol. 64. vers. notandum. Greg. d. decis. 401. num. 7. & seq.* Vnde potest regularis Episcopus tuta consciētia instituere etiā maioratum, saltem de fructibus, qui iuxta dignitatem suam erant necessarij ad suę familię sustentationem, quos parcius viuendo consumere noluit *Nav. de Redit. eccles. quest. 1. mon. 33. Barbof. d. all. 114. numero 27.*

13 Tertiò limitatur ut possit beneficiatus, siue Episcopus testari tam de bonis patrimonialibus, quam de alijs acquisitis ex hereditate, donatione, seu legato, artificio, industria, vel doctrina cap. relatiū 12. vers. ceterum de Testam. c. sint manifesta 12. q. 1. cap. fixum ead. q. 5. S. T. h. 2. 2. quest. 185. ar. 7. in corp. *Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 100. nu. 29. Clar. §. testamentum q. 27. vers. sed quid, & alij communiter: quod potest Clericus facere, etiam si esset in potestate parentum, dummodò illis legitima portio reservetur *Sylu. ver. Clericus 4. num. 2. & 10. Bellett. tit. ult. §. 7. ubi nu. 6. dicit quod non infirmatur testamentum Clerici prateritione parentum.**

Idem dicendum est de ijs, quæ
Cic-

Clerici acquirunt, seu lucratur ex distributionibus quotidianis suorum canonicatum interessendo diuinis officijs, vel predicando, confessiones audiendo, missas celebrando, mortuos sepeliendo, sacramenta administrando, Vicariatus officium exercendo, sententias proferendo in causis coram se vertentibus, publice, vel priuatim litteras docendo, ac alijs laboriosis actibus: hæc enim habentur tâquã bona patrimonialia, & uti talia ad hæredes transeunt, liberè que de illis disponere possunt *Clar. loco cit. vers. quinto dixi Bellett. tit. de hon. Cleric. S. 6. nu. 17. Grass. ubi supra Nau. de re dit. eccles. q. 1. mon. 19. nu. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427. & alij apud Barbos. d. all. 114. num. 10.*

14 Hoc tamen fallit in Episcopo regulari, qui paternam hereditatem, & quidquid aliud vnde cūq; etiam ex causa donationis, & intuitu personæ, vel ex labore, & industria post Episcopatum acquirat, acquirat suæ ecclesiæ cum sola administratione *cap. statutum 18. quæst. 1. Lel. Zech. de Rep. eccles. tit. de regular. cap. 3. num. 14. Gratian. discept. Forens. cap. 363. n. 25. tom. 2. Hyeron. Roderic. in Compéd. quæst. regul. resol. 135. num. 5. Lezan. in sum. qq. regular. cap. 17. nu. 5. & alij plures apud Barbos. d. p. 3. all. 114. num. 20. & 28. & 29. vbi etiam addit, quod à tempore confirmationis pontificiæ incipit ecclesiæ acquirere; & ratio est, 16 quia Episcopo regulari cõmittitur sola rerum ecclesiasticarum dispensatio, quæ morte finitur: non*

enim soluitur paupertatis voto, vt supra diximus *cum S. Tho. 2. 2. quæst. 185. ar. 8. in corp. & in resp. ad 3. dixi, post Episcopatum, quia quod ante consecrationem habuit, monasterio, non autem ecclesiæ acquirat, vt in d. cap. Statutum 18. quæst. 1. Vnde si ex concessione Papæ testamentum faciat, non intelligitur ex proprio facere testamentum, sed Apostolica auctoritate intelligitur esse ampliata, potestas suæ dispensationis, vt eius dispensatio possit valere post mortem, vt d. S. Thom. ubi supra ar. 8. ad 3. in fin. licentia autem testandi concessa eo casu à sede Apostolica intelligitur ad pias causas, non ad prophanas, licet in concessione dicatur, ad quoscunq; vsus, si non exprimat, etiam ad prophanos *Nauar. de Redit. eccles. quæst. 3. mon. 6. num. 1. Barbos. d. alleg. 114. num. 23. & si velit disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, duplex impedimentum tenetur explicare, vt dispensatio legitima sit; alterum, se esse religiosum; alterum, se esse Episcopum; quamuis secus sit, si vellet de solis patrimonialibus, vel propria industria acquisitis testari: quia huic testandi facultati nõ Episcopalis status, sed solus religiosus obstat, vt d. idem Barbos. loco cit. num. 24. nec suffragatur ob tenta facultas testandi, si deinde non testatur *Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427.***

16 Quarto limitatur, vt possit beneficiarius testari de acquisitis ex fructibus beneficii, quos parcius viuendo seruauit: quia hæc etiam bo-

bonis patrimonialibus comparantur *Nauar. de Redit. eccles. q. 1. mon. 3. num. 2. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427. Greg. d. decis. 401. num. 6. contra Garc. de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 9.*

17 Quintò limitatur in Beneficiario, qui de rebus suis patrimonialibus, aut quasi patrimonialibus aliquid pauperibus donauit, aut in ecclesiæ utilitatem expendit; quia tunc posset tantumdem ex testamento, cui uoluerit, relinquere ex rebus ecclesiasticis: tunc enim æquipollenter, seu virtualiter de rebus suis patrimonialibus effectui inspecto testatur *cap. si Episcopus 12. q. 5. Sylu. ver. Clericus 4. q. 3. vers. primo. Bellet. tit. de Benefic. Cleric. §. 4. num. 1. Graff. decis. casuum. Cons. par. 1. lib. 2. cap. 100. n. 31. Nauar. de Redit. eccles. q. 1. mon. 27. num. 5. & q. 3. mon. 4. nu. 3.* si autem etiam Beneficiarius aliquid donans ecclesiæ inter uiuos ex bonis patrimonialibus, potest deinde tantumdem sibi ex bonis ecclesiæ assumere *cap. si quis qualibet 12. q. 2. Nauar. ubi supra q. 3. mon. 6. nu. 3.* ubi hac ratione eos excusat, qui imputant rebus ecclesiasticis omnia, quæ in elemosinas expendunt ex bonis suis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, ut tantumdem, cui uelint, sana conscientia relinquere possint. ita etiam si Clericus in expeditione bullarum Episcopatus, vel aliorum beneficiorum, uel in paramentis ecclesiasticis, uel mobilibus in paranda domo ante fructuum beneficiorum per

ceptionem de proprio aliquam pecuniarum summam erogauerit, loco eorum, quæ ecclesiæ acquiruntur, poterit tantumdem tuta conscientia in uita donare *secundum Graff. par. 1. lib. 2. d. cap. 100. num. 31. Riccium in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 427.*

18 Sextò alij limitat in Clerico nõ habente administrationem, qui etiam de fructibus sui beneficij collectis, & reconditis liberè testari potest: quia talis tam in uita, quam in morte comparatur usufructuario quantum ad faciendos fructus suos *glos. in cap. presentis ver. reseruari de off. ordin. in 6. quam communiter sequuntur Doctores, ut d. Clar. in d. testamētum q. 27. vers. quarto uidentum, ubi etiã dicit, ita de consuetudine seruari.* dicitur autem quis non habere administrationem, quando non habet beneficium, cui sit assignata dos; & tunc dicitur simpliciter beneficiatus, ut sunt Canonici, & similes, qui non habent præbendam in ecclesia distinctã, sed omnia ueniunt in communi, & postea distribuuntur singulariter, ut post *Gemin. d. Sylu. in ver. Cleric. 4. n. 1. & 2. vers. tertio Graff. p. 1. lib. 2. cap. 100. n. 8.* secus esset, si Clericus haberet administrationem, puta si beneficium haberet certam dotem, uel Canonici haberent præbendas distinctas; quamuis enim istretia usufructuario comparentur, hoc tamen uerum est, quamdiu uiuunt, & sani sunt, & ideo possunt de beneficij fructibus donare, moderate tamen; cum uero incipiunt infirmari

- mari, comparantur vsuario, & irā nihil habent, nisi vsum, ut d. glos. loco cit. Greg. dec. 401. n. 1. unde nequeunt in tali casu de beneficij fructibus testari, ut dic. Clar. d. 9. testamentum q. 27. vers. quarto videndum: quamuis ecclesiam facere possint capit. ad hac de Testam. verum hanc distinctionē inter Clericum administratorem, & non administratorem in alijs terminis reiecit Rot. coram Coccin. decis. 376. numer. 1. post Conar. in capit. cum in officijs de Testam.
- 19 Quæres, an licentia testandi à Papa Prælati concessa morte Pontificis expiret? Resp. negatiuè: quia facultas testandi est concessio gratiosa l. vlt. ff. de Constit. Princip. cap. si super gratia 9. de offic. deleg. in 6. Nau. de Redit. eccl. q. 3. mon. 8. Nat. cons. 647. lib. 4. Sach. de matrim. lib. 8. disp. 28. nu. 82. & alij, quos refert, & sequitur Dian. par. 5. tract. 2. ref. 54. Barbosa. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 114. nu. 25.
- 20 An verò testamentum factum sine licentia conualidetur ex superuenienti facultate testandi? Resp. affirmatiuè: sufficit enim, ut hæc facultas adsit tempore mortis, à quo est amētum robur sumit l. si quis filio §. irritum, ubi Bart. ff. de Inius. rupt. & irr. test. & ita tenent Doctores apud Dian. par. 8. tr. 3. ref. 99.
- S V M M A R I V M.**
1. A sententia lata super præcedentia non datur appellatio ex Concilio Tridentino.
2. An dispositio Concilij procedas quoad confraternitates laicorum.
3. An Episcopus innovare possit controuersas huiusmodi iam finitas.
4. An huiusmodi controuersia dirimenda sint iuris ordine seruato.
5. An per decretum Concilij tollatur appellatio deuolutiua.
6. In materia præcedentia attenditur consuetudo locorum, vel quasi possessio præcedendi.
7. An unico actu hæc quasi possessio acquiratur.
8. Quid si non constet de quasi possessione præcedendi.
9. Conuentuales præcedunt Capucinis, etiamsi Capuccini prius recepti fuerint in Ciuitate, vel alio loco.
10. Religiosi non habentes collegium non debent præcedere alijs Religiosis collegialiter viuentibus.
11. Inter Regulares in hac materia præcedentiæ seruandum est, quod in Vrbe seruatur.
12. Non valet consuetudo præbens locum digniorem inferiori.
13. Vicarius Episcopi præcedit Gubernatori, & alijs laicis ministris.
14. Canonico prouiso de præbenda præbyterali debetur locus inter alios præbyteros supra Diaconos, vel subdiaconos.
15. Vicarius Episcopi præcedit Dignitatibus, & Canonicis tam absente, quam præsentate Episcopo.
16. Prima Dignitas non tenetur petere

- tere licentiam à Canonico Puro-
 Etatore, quando vult à choro di-
 scedere.
- 17 Capitulum, & Canonici eccle-
 sia Cathedralis præcedunt in
 omnibus actibus Canonici Col-
 legiata.
- 18 Item in funeralibus præcedunt
 Parocho, & tunc Capitulum
 Cathedralis tantum defert cri-
 cem.
- 19 Etiam Canonici Collegiata Pa-
 rocho præcedunt.
- 20 Canonici Collegiata thurificari
 debent duplici ducta Thurri-
 buli, Clerici vero Parochialiū
 unico ductu.
- 21 An ratione sola Parocho præ-
 cedentia debeat.
- 22 In Propria ecclesia parochus præ-
 cedit omnibus, etiam in Digni-
 tate constitutis, in ijs, quæ spe-
 ctant ad officium ipsius Pa-
 rochi.
- 23 Quando Rector ecclesie maioris
 præcedat Canonici Collegiata.
- 24 Præcedentia datur Parochis se-
 cundum prærogatiuā ecclesiarū.
- 25 Quid seruandum sit, quando de-
 functus vnius Parochie sepeli-
 tur in ecclesia alterius Pa-
 rochie.
- 26 An Curatus amouibilis ecclesie
 Cathedralis præcedat proprio
 Parocho defuncti.
- 27 Si duo eadem die fuerint ordi-
 nati, ille præcedere debet, in
 quem maiora merita concur-
 runt.
- 28 Quid si diuerso tempore fuerint
 ordinati.
- 29 In quo loco sedere debet, qui
 duo officia sustinet.

C A P. XVIII.

De Præcedentia.

S. I.

An detur appellatio à sententia lata
 super præcedentia.

Resp. negatiuè ex Con-
 cilio Tridentino sess.
 25. de Regul. cap. 13.
 vbi statutum est, vt
 controversia omnes de præ-
 cedentia inter ecclesiasticas perso-
 nas tam sæculares, quam Regu-
 lares in processionibus publicis,
 aut ijs, quæ fiūt in tumultūdis de-
 functorum cadaueribus contin-
 gentes ab Episcopo appellatione
 postposita dirimantur.

2 Obseruant autem Doctores,
 Concilium loco cit. procedere
 etiam quoad Confraternitates
 laicorum Barbof. de offic. & pot.
 episc. par. 3. all. 78. num. 42. Ricc. in
 Prax. for. eccles. p. 3. ref. 144. Vulp.
 in Prax. iudic. cap. 11. num. 10.

3 Obseruant 2. decretum Con-
 cilij d. cap. 13. intelligendum esse
 de controuersijs pendentibus,
 non autem finitis, quas Episco-
 pus innouare non potest, vt cen-
 suit Sac. Congregatio Concilij te-
 ste Vulp. in Prax. Iudic. capit. 42.
 num. 14.

4 Obseruant 3. quod huiusmo-
 di compositio fieri debet breui
 manu, summarie, ac de plano,
 sine strepitu, & figura iudicij,
 vt censuit Sac. Congregatio apud
 Vulp. loco cit.

Re s Ob-

- 5 Observant 4. quod licet in tali casu non detur appellatio quoad effectum suspensivum, non tamen tollitur appellatio. devolutiva, in cuius gradu bene datur manutentio possessori *Rota in Colonien. præcedētia 9. Iunij 1627 coram Vhaldo, quam refert Barbosa. loc. cit. nu. 26.*
- 6 Observant 5. quod in hoc attenditur consuetudo locorum. *Card. Cavalier. decis. 588. in fin. Greg. decis. 124. & ibi Beltramin. vel quasi possessio præcedendi: qui enim in huiusmodi possessione reperitur, is tam in processibus publicis, quam privatis omni appellatione remota præcedere debet ex constitutione Greg. XIII. quam refert Quarant. in ver. præcedentia Piaſec. in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 48. Barbosa. post 3. par. tractatus de offic. & pot. episc. fol. 99. que quidem quasi possessio unico actu acquiritur Menoch. cōf. 126. n. 6. lib. 2. Ann. alleg. 90. & alij, quos refert, & sequitur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 569. & par. 3. ref. 272. ubi etiam dicit, quod ultimus actus inspicitur.*
- 8 Si verò non constet de quasi possessione præcedendi, inter fratres quidem mendicantes ijs, qui antiquiores in loco contulerunt, inter confratres verò Societatum, seu aliorum locorum piorum ijs, qui prius saccis vsi sunt, præcedentia debetur, *ut in d. constitut. Greg. XIII. quod etiã est iuri communi conforme: quia in præcedentijs habēda est ratio antiquitatis temporis, ut constat ex l. 2. C. de Præf. Prat. lib. 12. ibi,*
- fit igitur iedēs prior ante prouentis, locus conspectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior.*
- 9 Notandum tamen est, quod dicta Constitutio Greg. intelligenda est de diuersis Religionibus, non autem de eadem Religionē; & ideo Cōuentuales debent præcedere Capuccinis, etiã si Capuccini prius recepti fuerint in Ciuitate, vel alio loco ita Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 101.
- 10 Secundo Notandum est, quod prædicta constitutio intelligi debet de Religiosis antiquioribus habentibus collegium, ad quod tres saltem Monachi requiruntur. *Rota coram Card. Caval. dec. 594. ubi resolutum fuit, quod Religiosi non habentes collegium non debent præcedere alijs Religiosis collegialiter viuentibus, etiãsi posterus admissi sint; quia tunc Religiosi non habentes collegium tamquam persone partiales considerantur.*
- 11 Quia verò post dictam constitutionem Greg. orta fuerunt multe lites, ideo Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium sub die 26. Augusti 1593. illud in futurum obseruandum censuit inter Regulares, quod in Alma Vrbe omnium magistratu seruetur, *ut referunt Quarant. & Piaſec. locis cit. Card. Cavalier. dec. 588. nu. 7.*



§. II.

An valeat consuetudo præbens locum digniorem inferiori.

R Esp. negatiuè, aliàs peruerteretur ordo ecclesiastica hierarchiæ, si inferior præcederet superiori; & idè huiusmodi consuetudo potius corruptela censenda est *cap. cum inferior de maior. & obed. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 563. & ref. 568.*

12 Ex quo infertur 1. quod Vicarius Episcopi in omnibus functionibus ecclesiasticis semper præcedere debet Gubernatori, & alijs laicis ministris, & ante eos thurificari non obstante quavis consuetudine in contrarium, *vt probat Ricc. in Prax. d. par. 1. ref. 563.*

14 Infertur 2. Canonico prouiso de Canonicatu presbyterali in ecclesia, vbi præbendæ sunt distinctæ, deberi locum inter alios presbyteros supra omnes Diaconos, & subdiaconos, licet prius in ecclesia receptos, non obstante consuetudine in contrarium, *vt resoluit Sac. Cong. Rituum teste eodem Ricc. in Prax. par. 1. ref. 564.*

15 Infertur 3. quod Vicarius Episcopi tam absente, quam præsentè Episcopo præcedere debet Dignitatibus, & Canonicis in Ecclesia, & choro, & extra in processionibus, ac in alijs omnibus actibus publicis, & priuatis, etiã in Synodo Diocesana: quia Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota Diocesi, & est

Supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, & per consequens tamquam superior præcedere debet, *vt Sac. Rituum Congregatio declarauit sub die 28. Nouembrii 1595. vt refert Ricc. in Prax. par. 4. ref. 390.*

16 Infertur 4. quod prima Dignitas Ecclesiæ Cathedralis, seu Propositus Ecclesiæ Collegiatæ ita præfertur alijs Canonicis, vt non teneatur petere licentiam à Canonico Punctatore, quando vult discedere à choro: Superior enim non tenetur obtemperare inferioribus: *vt pluribus probat Ricc. in Prax. vt supra par. 1. ref. 568.*

17 Infertur 5. Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis præcedere Canonicis Collegiatæ etiã in omnibus actibus, & functionibus celebrandis in propria Collegiata: quia Capitulum representat personam Episcopi, cuius dicuntur fratres, *vt pluries censuit Sac. Congregatio teste Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 18. nu. 48. & 18 seq.*

Vnde etiam in funeralibus capitulum, & clerus ecclesiæ Cathedralis præcedere debet Parocho ipsius defuncti, vel ecclesiæ, ad quam corpus defuncti deferretur, *vt declarauit Sac. Rituum Congregatio in vna Viterbiensi. 25. Iunij 1611. & etiam in alijs, vt refert Barbos. dicto capit. 18. numero. 60. & seq. & de off. & pot. Paroch. cap. 9. num. 7. Laur. v. r. elacubr. to. 1. tit. 2. cap. 3. nam 210. & tunc Capitulum Cathedralis tantum deferret crucem per alias Parochias, & non alia Parochiæ Genuens. in Prax. Archiep.*

- cap. 61. num. 21. & ita declaraff. Sac. Congregationem. refert Barb. de offic. & pot. Paroch. cap. 26. n. 78. quicquid in contrarium dicat Gratian. difcept. 298.
- 19 Immo etiam Canonici ecclesie Collegiate in hoc casu parochi precedunt, quemadmodum in ceteris alijs functionibus: quia ecclesia Collegiata est dignior quacunq; alia inferiori ecclesia etiam Parochiali, cap. Statutum & ibi glos. de elect. in 6. Seraphin. decis. 22. & decis. 1445. num. 1. Borrell. in sum. decis. tom. 1. tit. 2. nu. 45. Buratt. decis. 455. num. 1. & pluries resoluit Sac. Congregatio teste Barbos. de Canon. & dignit. d. capit. 18. num. 67. & 68. Laxor. loco cit. d. c. 3. num. 212. & seq. Vnde & Canonici Collegiate thurificari debent duplici ductu thuribuli, clerici vero parochialium vnico tantum ductu, vt censuit eadem Sac. Rituum Congregatio apud Barbos. d. capit. 18. num. 66.
- 21 Et hoc procedit, etiam si Parochus stolam deferat: quia stola non dat iurisdictionem, & prerogatiuam, sed tantum est signum sacerdotale Laxor. d. tit. 2. cap. 3. n. 217. Barbos. d. cap. 18. num. 59. quauis in propria ecclesia Parochus precedere debeat omnibus quantumuis in dignitate constitutis tam in celebrandis missis, quam in alijs quibuscunq; preheminentijs concernentibus ipsius Parochi officium, vt d. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 6. num. 104. & 105.
- 23 Obserua tamen, quod Rector ecclesie maioris, quando ad modum capituli incedit cum toto clerico in processionibus, vel alijs functionibus publicis, preferendus est Capitulo, seu Collegio ecclesie parochialis nouiter in Collegiatam erecte: quia quando Summus Pontifex, seu Episcopus erigit Parochialem in Collegiatam, non intendit preiudicare iuribus ecclesie maioris illius loci, ita Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. resolutione 631.
- 24 Obserua 2. quod precedentia inter plures parochos datur secundum prerogatiuam ecclesiarum, siue sint Parochi seculares, siue Regulares, vt censuit Sac. Congr. Rituum teste Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 9. num. 12.
- 25 Obserua 3. quod si ex Parochia, cui secularis Sacerdos preest, mortuus effertur, vt sepeliatur in parochiali ecclesia, in qua Regularis curam animarum exercet, vel e contra, tunc tales Parochi superpelliceo, & stola induti patres progredi debent: reliqui vero Regulares eum locum tenere debent, quem in generalibus processionibus habere consueuerunt Barbos. d. cap. 9. num. 13. vbi dicit, ita seruari in Vrbe: & tunc deferenda est vnica tantum crux illius ecclesie, ad quam corpus transfertur, vt censuit Sac. Congregatio Rituum teste eodem Barbos. de offic. & pot. Paroch. cap. 26. n. 78. quemadmodum precedentia datur etiam Parochi eiusdem ecclesie, ad quam defertur defunctus, vt d. Laxor. loco cit. tit. 2. d. cap. 3. nu. 219. si vero interueniat Capitulum Cathedralis, Curatus Cathedralis quamuis amouibilis precedere debet pro-

proprio Parocho defuncti, ut declarauit eadem Sac. Rituum congregatio apud Barbof. ubi supra d. cap. 26. num. 78.

S. III.

Cui debeat precedentia, si duo eadem die fuerint ordinati.

27 **R**esp. quod in tali casu attenduntur merita, & alię qualitates ipsorum: & ideò Sacerdos Doctor, precedet Sacerdoti non Doctori *Nauar. conf. 5. num. 4. de maior. & obed. item antiquior ætate precedet iuniori Bart. in l. r. ff. de obseq. prest. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 271. ubi idem dicit de duobus eodem tempore creatis ducibus. Secus si fuerint diuerso tempore ordinati: tunc enim Sacerdos prius ordinatus, licet non sit Doctor precedet Sacerdoti Doctori postea promoti: tunc quia in habentibus dignitatem eiusdem ordinis ille præfertur, qui prior ad eam assumptus est l. 1. ff. de Alb. scrib. tum quia prioritas promotionis est maior qualitas, quam Doctoratus c. Episcopus, ubi gloss. dist. 17. Nau. d. conf. 5. num. 9. Ricc. ubi supra par. 3. ref. 276. Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. numer. 21. & seq.*

29 **Q**ueres, in quo loco sedere debet qui duo officia substat, puta si Consiliarius sit, & aduocatus? Resp. quod sedere debet in loco Consiliarij, seu maioris officij, etiam si interueniat uti Aduocatus: quia dignitas consiliariatus est in-


separabilis à persona, ut decisum refert Ricc. in Prax. ut supra p. 3. resol. 273. qui ibidem ref. 274. in fin. resoluit, Episcopum creatum consiliarium sedere debere immediate post præsidem, siue Decanum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Consuetudo optandi præbendas siue domos canonicales à iure canonico approbatur.*
- 2 *Optio non competit ratione ordinis, sed ratione Canonice.*
- 3 *Canonicus, qui non est in sacris an possit optare.*
- 4 *Hæc consuetudo spatio 10. annorum inducitur.*
- 5 *Optans, dum acquirit nouum titulum, admitti debet per superiorem.*
- 6 *Optio expediri debet intra terminum 20. dierum.*
- 7 *An huiusmodi tempus 20. dierum possit minui per capitulum.*
- 8 *An consuetudo, seu statutum inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicet impetrantibus apostolicis.*
- 9 *Quando locum non habeat consuetudo optandi.*
- 10 *An domus Canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canonatu cadat sub reservatione.*
- 11 *Si habens beneficium reservatum optet aliud, dimissum spectat ad prouisionem Papæ, & optatum non erit reservatum: declaratur num. 12.*
- 13 *Quando Canonicus optans possit redire ad suam primam præbendam.*

CAP. VLT.

De Optione.

- 1  Onfuetudo, qua antiquiori Canonico permittitur, vt meliores cum vacant, præbendas, siue domos canonicas optare possit, approbatur *in c. ult. de Consuet. in 6. & quæ enim est, vt Canonici primò admitti, seu recepti quemadmodum antiquiores fuerunt in ecclesiæ seruitio, ita etiam in meliori præbenda præferantur, vt ibidem not. glos. in ver. antiquiores, etiam si*
- 2 *in sacris prius non fuerint constituti; quia optio non competit ratione ordinis, nec ex voce capitulari, sed ratione Canonice, quæ habere quis potest, etiam si non sit in sacris glos. in clem. 2. ver. in capitulo de etat. & qual. Rot. coram Card. Caualer. decis. 109. num. 1. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. p. 2. ref. 488. hæc autem consuetudo, cum*
- 4 *sit rationabilis, & iuri non repugnet, spatio 10. annorum inducitur glos. in d. cap. ult. ver. consuetudo Rot. coram Andr. decis. 99. nu. 1.*
- 5 *optans verò dum acquirit nouum titulum admitti debet per Superiorem, cum nemo possit beneficium acquirere sine Canonica institutione Vian. in Prax. iuris. patr. par. 2. lib. 5. cap. 1. numer. 112. & 116.*
- 6 *Huiusmodi tamen optio expediri debet intra terminum 20. dierum, vt ex d. cap. ult. de Consuet. in 6. qui currunt non tantum*

primo Canonico, sed etiam alijs optare volentibus ita, vt inter omnes solos 20. dies habeant, vt d. glos. ibidem in ver. dumtaxat, vbi etiam notat, quod poterit Superior ad instantiam secundi Canonici præfigere antiquiori breuiorem terminum, puta duorum dierum ad optandum, vt locus datur sequentibus; prædictum verò tempus 20. dierum non currit nisi à die verisimilis scientiæ vacationis glos. in d. cap. ult. in ver. viginti dies Vian. in Prax. iuris. patr. p. 2. lib. 5. cap. 1. num. 113.

- 7 *Potest autem hoc tempus 20. dierum minui per Capitulum, dummodò omnes consentiant ita vt non sufficiat consensus maioris partis collegij, seu Capituli propter interesse, quod singuli habent glos. in cap. quia propter. in ver. vice omnium de elect. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 489. vbi etiam*
- 8 *dicit, quod consuetudo inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicat impetrantibus apostolicis; licet secus sit in statuto: quia consuetudo induci potest contra canones, modo sit rationabilis, & legitime præscripta iuxta c. fin. de Consuet. non tamen possunt inferiores statuere contra ius, vt dicunt DD. communiter in cap. cum inferior de maior. & obed.*

9 *Verum supradicta conclusio limitatur 1. in Canonico pœnitentiaro, ac Theologo, qui non possunt optare aliam præbendam: quemadmodum neque alij Canonici possunt optare huiusmodi præbendas pœnitentiales, ac Theo-*

logales; quia in ijs videtur electa industria personæ *Nau. conf. 14. de Reb. Eccles. alien. Viuian. in Prax. Iurispatr. par. 2. lib. 5. cap. 1. nu. 114. Rot. coram Andrea dec. 99. nu. 2. & consuit etiam Sac. Congr. apud Farinac. dec. 268. & 269. par. 4. Diuers. & apud Garc. de Benefic. p. 5. cap. 4. num. 132. & seq. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 55. n. 35. & all. 56. numer. 11.* non enim est eadem ratio de Pœnitentiario, seu Theologo, & alijs Canonicis; quia Canonicus, vt Canonicus simplex non habet successorem, & tamen illum habent Canonici Penitentiarius, & Theologus, vt notat *Nau. loco cit. idem de Canonicis Doctoralibus, & Magistralibus dicit Garc. d. par. 5. c. 4. num. 135.*

Limitatur 2. in beneficijs apud Sedem Apostolicam vacantibus: in his enim præfata consuetudo locum non habet, vt in *d. cap. vlt. de Consuet. in 6. idem dicendum de alijs beneficijs reseruatjs, vel ad eandem Sedem Apostolicam deuolutis Ricc. in Prax. p. 2. ref. 193. quemadmodum neque habet locum in beneficijs Iurispatronatus *Viuian. loco cit. nu. 115.* neque in beneficijs vacantibus ex causa permutationis *glos. in d. cap. vlt. & est communis opinio, neque in resignatis ad fauorem certæ personæ Ricc. d. ref. 193. Rot. coram Card. Caualer. dec. 116. nu. 3.**

10 Obserua tamen, quod domus Canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canoniatu non cadunt sub reservatione, seu affectione: & ideo

optari possunt, etiam si Canoniacus vacet in mense apostolico *Capataq. dec. 281. p. 2. Garc. de Benef. par. 5. c. 1. nu. 457. & 458. & alij apud Beltram. ad Greg. dec. 478. n. 6. Ricc. in Collect. dec. 3690. par. 8.* secus esset, si huiusmodi membra perpetuo, & inseparabiliter sint annexa præbendæ, seu Canoniatui; puta si tot extaret domus, seu alia similia membra temporalia, quot sunt Canonici, vt decisum referunt *Beltram. & Ricc. locis cit.* Quare etiam si in gratia Coadiutoria fiat mentio de omnibus iuribus, pertinentijs, annexis, & connexis, tamen ea cessante per obitum Canonici coadiuti, erit locus optioni in huiusmodi membris distinctis, & separatis à Canoniatu: quia illa verba intelliguntur de membris annexis non separatis solitis, non autem de membris solitis obtineri ratione antianitatis. *Rot. coram Card. Caualer. dec. 116. nu. 2. & seq.*

Idem dicendum, si Papa aliquem prouideret de Canoniatu vnacum domo Canonicali; quia si adesset ibi huiusmodi consuetudo, adhuc primus Canonicus illam posset optare, vt probatur ex *ead. cap. vlt. de Consuet. in 6.* quia Papa non intendit derogare statuti, seu laudabili ecclesiæ consuetudini *c. 1. de Constit. eod. lib. 6.* præsertim si in litteris adsit clausula dummodò non sit alterius quæsitum, quæ non solum præferuat ius in re, sed etiam ius ad rem. *Viuian. in Praxi Iurispatr. par. 2. lib. 13. cap. 8. claus. 19. nu. 73. & seq. & alij:* quamuis dicta clausula

sula semper intelligatur, etiamsi non exprimat *Sarnen. in Reg. de non toll. iur. quas. q. 1.* & idem licet in litteris apostolicis fiat mentio de domo Canonicali, vel presumitur, Papam cogitasse, quod domus esset de illa prae-benda *Rot. coram Andr. d. decis. 99. nu. 4.* vel si Papa in suis litteris tolleret collationem, seu assignationem alteri factam, in dubio intelligitur de collatione, aut assignatione inualida, non autem de valida, ne tollatur ius quaesitum *Sarnen. d. q. 1.* secus esset, quando ex litteris expressè constat, Papam voluisse huiusmodi consuetudini, seu statuto derogare *cap. 1. de Constit. in 6.* potest enim Papa iuri etiam quaesito in re praediacare praesertim in beneficalibus, in quibus habet absolutam potestatem *Sarnen. in d. Reg. de non toll. iur. quas. q. 1. ver. illud tamen. Viuian. loco cit. par. 2. lib. 13. cap. 8. claus. 19. nu. 75.*

- 11 Obserua 2. quod si habens beneficium reseruatam optat aliud, dimissum spectabit ad provisionem Papae ratione reseruationis, seu affectionis: optatum autem non
- 12 erit reseruatam, nisi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiva reseruationis, puta fami-

liaritas, subcollectoria, Prothonotariatus &c. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. num. 340. Barbof. de offic. & pot. episc. par. 3. all. 57. numer. 114.* quod procedit, quando titulus mutatur; secus si mutetur tantum prae-benda, & non titulus: quia tunc onus reseruationis transit ad portionem optatam, & dimissa remanet libera, *idem Garc. loco cit. nu. 336. & seq. ubi refert, ita resoluissè Rot. in Salamantina portionis 15. Octobris 1584. coram Vicecomite, & in eadem 11. Februarij 1585.*

- 13 Quæres, an si prae-benda, vel domus optata vigore optionis Canonico antiquiori non debeatur, possit idem Canonicus regressum habere ad suam primam prae-bendam, seu domum Canonicalem? affirmatiuè respondeo cum *Viuian. in Prax. Iurisp. d. p. 2. lib. 5. cap. 1. num. 117.* praesertim si de hoc protestetur; quod etiam probatur, quia si beneficium alicui permutatione collatum euincatur, poterit his permutatione etiam facta ad resignatum beneficium superioris auctoritate redire *Rot. decis. 3. de Res. permut. in Nou. quam refert Barbof. d. par. 3. all. 69. num. 51.*

Finis Libri Tertij.